UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Syntagma Ivris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

Liber XXIII. De aliis contractibus qui re fiunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-97739

Visual Library

legati, §. *fi. de oblig. quæ ex quaſi contract.* depoſiti ob ruinam, incen-
dium, aut naufragium, §. *in duplum, de actio. l. 2. §. merito, depoſit. P.*
& ſimilium. Quia in his quæ creſcunt per inficiationem, qui ſol-
uit, licet indebite, videtur tranſigere, ideo, quod ſupra debitum
ſoluitur, tanquam ex tranſactione ſolutum, non repetitur.
5 ¶ Quintus † caſus in indebito ſoluto ex pia cauſſa, *d. §. fin. de*
*oblig. quæ ex quaſi contract. facit l. cum is, §. penul. de condict. indeb.*
quia quæ in piam cauſſam erogata ſunt, etſi iure ciuili non ha-
beant obligationem, tamen natura & officio Chriſtianæ religio-
nis obligationem habere videntur.
6 ¶ Pia † cauſſa dicitur, omnis actus qui ad ſalutem animæ prin-
cipaliter pertinet, *Bald. in l. 1. 4. colum. C. commu. de lega.* ſi fiat le-
gatum, vel donatio monaſterio, vel pio loco, *c. fin. de teſtam.* ſi in
dotandas inopes puellas collocentur ſolutiones, vel in alendos
pauperes, & ſic de ſimilibus. Pia quoque loca, eccleſiæ, hoſpita-
lia, & alia loca vbi ſunt miſerabiles perſonæ, *in l. ſi quis ad decli-*
*nandam, & l. orphanotrophos, de epiſc. & cler. C. l. illud. & l. ſancimus,*
*C. de ſacroſanct. eccleſ. C.* pietas in Deum, parentes, & patriam: nam
& quæ quis miſericordia motus in hos expendit, non repetit, vt-
pote qui donare velle videatur, *l. at ſi quis, §. ſed interdum, de reli-*
*gio. & ſumpt. fun. cum diſtinctione ibi appoſita.* item ſi in propin-
pinquos, vxorem vel maritum. *l. alimenta, C. de negot. geſt. l.*
*Neſennius Apollinaris, & l. is qui, 46. de negot geſt.*
*P. l. 1. & l. ſi paterno affectu, eo. tit. C.*

# DE ALIIS CONTRACTIBVS QVI RE FIVNT,

## LIBER XXIII.

### De Commodato. Cap. 1.

Ap. Iuſtinia. lib. 3. tit. 15. §. item is cui. P. lib. 13. tit. 6. C. lib. 4. lib. 23. in Decretal. lib. 3. tit. 15.

1 *Commodatum re celebratur, vnde dictum, & quid.*
2 *Quæ res in commodatum veniunt, alienæ, ſoli, mobiles.*
3 *Perſonæ idoneæ commodato, quæ ſe poſſunt obligare, prædones, non domini, filiifamilias, ſerui, &c.*
4 *Conuentiones, & modi adiecti ſequendi circa periculum & alia.*
5 *Gratuitum eſſe debet commodatum.*
6 *Rei commodatæ vſus tantum, iſque certus conceditur, quo differt a mutuo.*
7 *Commodatum non poteſt reuocari, niſi expleto vſu ad quem datum, & tempore conceſſo.*
8 *Differentia commodati, depoſiti, & precarii.*
9 *Qui vtitur re commodata vltra vſum certum, & tempus, inuito commodante, furtum facit.*
10 *Diſtinctio in periculo, vel interitu, vel damno rei cuius gratia commodata ſit.*
11 *Quomodo culpa interitus, vel detrimenti rei perpendenda ſit ex vſu.*
12 *De tribus actionibus commodati, directa, contraria, vtili.*
13 *Directa repetuntur cõmodata, & acceſſoria, & id quod intereſt, non obiecta compenſatione, niſi ex cauſſa contraria.*
14 *Directa datur commodatario pluribus de cauſſis enumeratis, vltra exceptionem compenſationis.*
15 *De Vtili, Directa, & Contraria.*

1 COmmodatum † inter contractus qui re contra-
huntur annumeratur, *§. item is cui, ex quib. mod. re*
*contrah. obl.* commodatum, quaſi cum modo da-
tum, modus autem dandi præſcriptam habet for-
mam, quæ ſic in finitione ſubſtantiali euoluitur.
Commodatum, eſt rei alicuius, inter idoneas perſonas, facta ad
certum vſum, vel tempus gratuita conceſſio. Diffinimus hic in
ſpecie commodatum, non prout poteſt in latiſſima ſignificatione
mutuum continere, *pro mutuo accipit Cicero commodatum, 6. in*
2 *Verrem,* & precarium, de quo paulo poſt. ¶ Proprie † res quæ
commodantur, eius cui commodantur eſſe non debent, quia res
domino non poſſunt commodari, *l. qui rem, 15. depoſit. P. l. neque*
*pignus, de reg. iur. in P.* alienæ ergo commodantur, ſiue illæ ſint
mobiles, ſiue ſoli, ſublata differẽtia Labeonis, qui commodatum
dicebat eſſe rei mobilis, non etiam ſoli, & vtendam dari ſoli: nam
& Iulianus ait, & habitationem commodari poſſe, *l. 1. §. inter com-*
*modatum, commo. in P.* id eſt, domum commodari gratia habitan-
di, verum pro implenda promiſſione, actio præſcriptis verbis nõ
commodati, datur, *l. ſi gratuitam, l. 18. de præſcr. verb. lib 19. P. tit 5.*
ſic enim habitandi ius, id eſt, vſus domus commodatur. Recte &
ſeruitutes ad certum tempus conceſſæ alicui commodabuntur,
vel melius accõmodabuntur, id eſt, aptabuntur vſui alicuius, per-
mittẽdo alicui illis vti: vnde & merces quæ pro domo alio modo
ſolueretur, donata videtur. In ædibus enim alienis, inquit Pomp.
*l. in ædib. 9. de don. lib. 39. P. tit. 5.* habitare gratis, donatio videtur: id
enim idipſum capere videtur qui habitat, quod mercedẽ pro ha-
bitatione non ſoluit. Et Cicero *4. ad Heren.* ait cuidam ædes ma-
ximas ad nuptias accommodaſſe. Commodari & noſtra, & res a-
liena poteſt. *Paul. in l. commodare poſſumus, 15. Martia. in l. ita vt*
*is, commo. in P.* Quare & prædoni, commodati, pro re ab illo data,
datur. *l. non a iudice, 64. de iudi. lib. 5. P. titu. 1. & d. l. ita.* Non poteſt
commodata res dici, id eſt, non poteſt commodari res, quæ vten-
do conſumitur, *l. 3. §. fi. commo. in P.* niſi forte quis ad pompam vel
oſtentationem accipiat. Et ſæpe etiam ad hoc commodantur pe-
cuniæ, vt ditis gratia numerationis loco intercedant, vt numeren-
tur, vt quis ditior appareat: vel quę numerantur diuitis gratia qui
ſoluendo aliunde eſt, in negotio in quo numerationẽ interuenire
opus eſt, rationem cõmodati habent. ¶ Perſonæ † idoneæ ad cõ- 3
trahendum cõmodatum, & ad obligationẽ eius ſunt, q̃ per ſe ob-
ligari poſsũt generaliter: quo fit, vt impuberes cõmodati actione
non teneãtur, quoniã non conſiſtit cõmodatũ in pupilli perſona
ſine tutoris auctoritate: vſq; adeo, vt etiãſi pubes factus dolũ aut
culpã admiſerit, hac actione non teneatur, quia ab initio nõ con-
ſtiterit. *Caius in l. 4. eo. tit.* Nec in furioſum cõmodati actio danda,
ſed ad exhibendũ, vt res exhibita vindicetur, *l. 1. §. fi. commod.* ſi lo-
cupletiores tñ facti ex cõmodato ſint, datur vtilis actio in eos cõ-
modati. *in l. 2. eo. tit.* Filiofamilias maiori, & ſeruo cõmodari po-
teſt: & agitur cũ patre & domino, in quantũ eſt in peculio, cum fi-
liofamilias directo. *l. 3. eo. P.* Et p̃do, & fur, vt dictũ eſt, cõmodare
poſſunt. ¶ Inſpicimus, † ꝙ contrahitur, & modũ adiectum, qui ꝓ 4
formula & lege habetur, & ſequimur ꝙ placuerit: vt ſi conueniat
vt dolus, caſus fortuitus, & culpa p̃ſtetur ab eo qui accipit, vel cõ-
tra, *l. 3. §. in filiofa. cõmo. in P.* ſit gratuito, *l. ſi vt certo, 5. §. nũc videndũ,*
*cõmo. l. 1. C. eo. tit.* aliter cõmodatum nõ eſt, ſed locatio. *§. item is cui,*
*in fi. quib. mod. re contrah. oblig. l. ſi gratuitã, 18. & l. ſi rem tibi inſpici-*
*endã, 19. §. ſi cum vnũ bouem, de præſcrip. verb.* ¶ Cõceditur † quoq; 5
res cõmodata ad certũ vſum: & ita res quæ nõ poſſunt eſſe cũ vſu,
ſed vſu conſumuntur, non veniunt in mutuũ, *l. 2. & l. ſi quis condu-*
*xerit, loca. in P. §. fi. de manda. §. 1. de loca.* quia vſus dicitur eſſe, ſalua
rerũ, ex quib. percipitur, ſubſtantia. Quare nec pecunia cõmodari
poteſt, *l. 3. §. fi. & ſeq. cõmo. P. l. 1. de vſufruct. in P. §. 1. de vſufr. & ha-*
*bitatio.* quia vſusfructus nec vſus ꝓprie in ea eſſe poteſt: & Vlpia.
vſumfructũ & vſum earum rerũ quæ vſu conſumũtur, vocat abu-
ſum. *l. numiſmatũ, de vſufr. 1. & 2. de vſufr. earum rer. quæ vſu conſu-*
*muntur, §. cõſtituitur, de vſufr.* ¶ Certus † vſus eſt ille, qui deſtina- 6
tur ab eo qui cõmodat: ſicut enim voluntatis & officii magis eſt
cõmodare, quã neceſſitatis, ſic etiã modum cõmodato adſcribe-
re, *l. hoc Senatuſconſultũ, §. 1. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſum.* quod
ſi incertus & indeterminatus fuerit vſus conceſſus, tutius erit vti
actione p̃ſcriptis verbis. *l. in cõmodato, §. ſicut. commo. P. l. ſi gratui-*
*tam, iuncta gl. de præſcrip. verb. P.* Nec tam res, quã vſus eius conce-
ditur in cõmodato, quo nomine valde differt a mutuo, in quo ꝙ
datur, fit accipientis, *§. item is cui res aliqua, qui. mo. re contrah. oblig.*
*l. 2. de reb. cred. P. l. 1. §. 1. & §. is quoq;, de act. in P.* cũ tamen qui cõ-
modat, remaneat, ſi ſit ante dominus & poſſeſſor ciuiliter rei cõ-
modatę, detentione naturali in cõmodatarium tantum tranſlata.
*Pomp. l. rei cõmodatæ, 8. Vlp. l. nemo, 9. commo. P.* ¶ Certitudo † vſus 7
operatur ex parte dantis, vt ante expletũ vſum per accipientẽ, res
repeti non poſſit, cũ interſit accipientis iuuari, non decipi benefi-
cio. *in l. in cõmodato, §. ſicut commoda. P. c. 1. §. fi. de commo. ap. Grego.*
Et ideo cõmodans ꝓbare debet vſum impletũ, quem conſtituit,

*l. 2. C. de commoda.* idipſum in tempore probandum, vt ante tem-
pus definitum nō poſsit commodans, inuito commodatario, re-
8 petere ¶ Quo † nomine differt commodatum a depoſito, quod
arbitrio deponentis poteſt repeti, *l. 1. §. pen. depoſ. in P. c. fi. §. fi. de de-
poſ.* quamquā appoſitum ſit pactum de non repetendo. *l. 1. §. ſi ſic
depoſuero, depoſi. in P.* Differt quoq; a precario, ꝙ qui dedit, quan-
docunq; voluerit poteſt repetere. *l. 1. & l. cum precario, & l. & ha-*
9 *bet, de preca. in P. c. fi. de preca. ap. Greg.* ¶ Ex † parte porro cōmo-
datarii, determinatus vſus, & definitum tempus, faciunt ne is ex-
tra conceſſum tempus, & vſum, vti re poſsit recte. Et ſi vtatur, ve-
luti inuito domino rem contrectans, furtum facere rei videatur.
*l. qui iumenta, de fur. in P. l. ſi vt certo, §. nunc vidēdum, in verſ. plane
commo. § furtum, & §. placuit, de oblig quæ ex delict. naſcunt.* Et ſcri-
bunt Valer. Max. *lib. 8. c. 2.* & Aulus Gellius *lib. 7. cap. 17.* furti ali-
quādo eum damnatū, qui equo commodato ad eundum certum
10 vſq; locum paulo longius vſus fuiſſet. ¶ Fit † cōmodatum, *c. 1. de
commo.* vt plerumq; cōmodatarii gratia, interdum & cōmodantis,
vel vtriuſq;, quod maxime intereſt annotaſſe: quia qui gratia ſui
tātum cōmodatum accipit, de leuiſsima culpa tenetur pro rei in-
teritu, vel deterioratione, alioquin. n. ſine culpa vel dolo per ſe-
nectutem contingens, vel morbo, vel vi latronum ereptū, nihil
eſt imputādum ei qui commodatum accepit: nec ꝙ incendio, aut
ruina, ſine culpa contigit, niſi forſan cum poſſet res cōmodatas
ſaluas facere ſuas prætulit, *d. §. commodatum, & ſeq. eod. P.* ſic de a-
liis fortuitis, *l. in reb. 18. commo. P.* niſi aliter conuentū ſit. *d §. com-
modatum, & l. 1. C. eo.* At cum cōmodantis gratia tantum fit com-
modatum, eo caſu tantum commodatarius de dolo tenetur, vt ſi
quis ſponſæ ſuæ vel vxori cōmodauit, vt comtior incederet, vel ſi
quis prætor ludos edens ſcenicis commodauit, &c. *d. l. ſi vt certo,
§. interdum, commo. l. eum qui rem, 10. §. 1. ſi mei cauſſa, 12. commo. P.*
Si vtriuſq; cauſſa commodatur, dolus & leuis culpa veniunt, non
autem leuiſsima *l. in reb. 18. iuncta glo. in verb. æſtimatio. commod. P.*
11 ¶ Perpenditur † culpa in eo, qui ſui cauſſa commodatū rogauit,
ex modo conceſsionis: nam ſi res interea in eo vſu, ad quem com-
modata eſt, vel ſi deterior facta eſt, periſſe videtur culpa potius dan-
tis, quam rogantis, vt inquit Pompon. ſi commodauero tibi equū,
vt eo vtereris vſq; ad certum locum, ſi nulla culpa tua interueniē-
te, in ipſo itinere deterior equus factus ſit, non teneberis cōmo-
dati: nam ego in culpa ero, qui in tam longum iter commodaui,
qui eum laborē ſuſtinere non potuit. *l. ſi. commo. P. Vlp. in l. eū qui
rem, 10 eo. P.* Et Vlp. ait, eum qui rem commodatā accepit, ſi in eā
rem vſus eſt, in quam accepit, nihil pſtare, ſi eam in nulla parte de-
teriorem fecit ſua culpa, ſi culpa eius fecit deteriorem, teneri. *l. 1.*
12 *C. de commod. c. 1 eo. ap. Greg.* ¶ Pro † cōmodato tres ꝓpoſitæ ſunt
actiones, directa, contraria, & vtilis, ex quib. in primis agitur pro
his, de quibus conuentū eſt inter contrahētes, quia ſeruanda ſunt:
vt ſi rogans ſuſcipiat in ſe caſus fortuitos, de quib. ſine pacto non
teneretur, *l. in rebus, & l. ſi vt certo, §. nunc videndum, in 1. cum §§.
ſeqq. commo. P. l. 1 § is quoq; de actio.* niſi culpa ſua in caſum ſe con-
iecerit: vt ſi ꝙ domeſticis vſib. cōmodatum eſt, ſecū peregre quis
detulerit, & ita caſu perierit: vel ſi vſus ſit alio vſu quā deſtinato. *l.
in cōmodato. comm. P. l. num a iudic. de iud. P. l. contractus, de reg. iur.*
Nulla tamē pactio efficere poteſt, ne dolus præſtetur, *l. 3. §. in hac
actio. commo. P.* maxime quia & bonæfidei hoc iudicium eſt, vt et-
13 iam pro eo in litem iuretur. *vt ſupra.* ¶ Directa † actione petitur
res commodata a commodatario, qui rogauit, vt ea reſtituatur q̄
deterior facta non ſit, alioquin reſtituta non videtur quod perti-
net ad hanc actionem, niſi & quod intereſt præſtetur, *in l. 3 §. in
hac actione commo. P. & l. non a iudice, 46. de iudiciis, lib. 5. tit. 1.* &
fructus quoq; rei cōmodatæ, *Paul. l. videamus, 38. § ſi poſſeſsionem,
de vſur. lib. 22. P, tit. 1.* item acceſſoria rei commodatæ, quæ cum
re commodata erant, ſi quidem & cuſtodia vtriuſq; rei, & pericu-
lum ad commodatarium pertinet: vt ſi equa commodata ſit, &
eandem pullus ſequeretur, *l. ſi vt certo, §. vſq; adeo, commo. P.* ſi ſer-
uus cum lance, *d. l. ſi vt certo, § ſi me rogaueris.* & ſic de ſimilib. Si
tamen quædam res extrinſecus rei commodatæ occaſione acce-
dant roganti, non repetuntur a commodante: vt puta, ſi res com-
modata furto ſubſtracta ſit, & crimen commodatarius fuerit per-
ſecutus, ad cuius periculum res pertinet, pœnalis condemnatio
furis ad eum, non ad dominum pertinebit. *l. fin. §. ſed cum in ſecun-
dam, de furt. C. lib. 6. tit. 2.* Nam & dominus extra periculum eſt in
furto, cui ad æſtimationem rei condemnatur qui accepit, per quā
litis æſtimatione ſuſcepta, res transfertur in commodatarium, *l. ſi
vt certo, §. 1. commo. P.* & ideo cautionem illi præbet de re reſtituē-
da, ſi ad ſe peruenerit, & ſi reperiatur, *l. ſi is qui cōmodatum, 13. eo. P.*
vel cōtrario iudicio commodatarius cogere poteſt commodan-
tem, aut rem præſtare, aut quod acceperit reddere. *l. in commoda-
to, 17. §. fin. commo. P. l. rem mihi commodaſti, 21. co. tit. P. l. 2. §. pen. ad
leg. Rhod. de iact.* Singulare eſt, quod notat Vlpian. in reddende rei
interitu: Si dum refertur res ad commodātem perierit: ſiquidem
ſi commodans mandauerit per quem commodatarius remitte-
ret, periculum mandantis eſt: ſi vero ipſe cui voluit commiſit, æ-
que culpam præſtabit. ſi ſui cauſſa accepit, *Vlp. in l. eum qui, 10. §.
fin. commo. P. l. idem, & l. fin. §. ſeruorum. nau. cau. ſtab. P. lib. 4. titu. 9.*
quod non tam idoneum elegerit hominem, vt recte perferri poſ-
ſet, vt ait Paulus, *l. qui non tam, 11. commo. P. vide ibi Accurſ.* Si mei
cauſſa, dolum tantum: vt idem Vlpian. ait, l. ſi mei. l. 12. commodat.
in Pandect. Et mala electio culpam habet. *l. ſi procuratorem, §. ſi tu-
tores, mand. P. l. fin. §. ſeruorum nautæ, caupo. ſtabula, in P.* Non exci-
pit contra agētem directa commodatarius de debito quo obno-
xius eſt illi commodans, nec vtitur iure compēſationis ſeu reten-
tionis regulariter, *l. fin. C. de commo. l. fin. §. fin. C. de compenſatio.* niſi
illud debitū procedat ex re commodata, quod poſſit petere con-
traria commodati actione, *l. in rebus, 18. §. fin. commo. P.* cui enim
damus actionem, multo magis & exceptionem. *l. 1. verſ. nam cui
damus, de ſuperficieb. in P.*

¶ Contraria † actio datur commodatario: quanquam enim is 14
ea quæ contrario iudicio a commodante cōſequi poſſit, per com-
penſationem & retentionem rei; tamen quia iudex compenſa-
tionis ſemper rationem non habet, aut aliquando res periit, & i-
ta de reſtituenda re cum eo non agatur, aut ſine iudice reſtituta
eſt, dicemus neceſſariam eſſe contrariam actionem, *l. in rebus, 18.
fin. commoda. P.* per quam conſequitur, quanti ſua intereſt ex reſti-
tutione rei, & ſine principali eam mouere poterit. *l. in commoda-
to, §. 1. commo. P.* Vt ſi vſu non expleto, & ante tempus rem com-
modatam commodans repetat: cum non decipi beneficio, ſed iu-
uari interſit noſtra. *d. l. in commodato, § ſicut, commo. l. in rebus, § fin.
eod. tit. apud Gregor.* Item ſi ſciens quis vitioſas res, ex quibus da-
mnum datum eſt, inſcio commodatori commodauerit: vt ſi vitio-
ſa dolia, vel vaſa, in quæ infuſum vinum, vel oleum effuſa ſint, vel
corrupta: nam eo nomine condemnandus eſt commodans. *l. in
rebus, 18. §. item qui, & d. l. in commodato, § ſicut commod. P.* Item ſi
commodatarius graues impenſas in ſerui commodati morbum
fecerit, vel in inquiſitionem fugitiui, non tamen repetit modi-
cas, & quotidiana alimenta factas: quia illæ ad eum qui vtitur per-
tinent. *d. l. in rebus, §. poſſunt, & l. item ſi ſerui, § fin. de ædil. edict. in P.
l. diuortio, §. final. ſol. matrim.* Item pro his contraria conuenietur,
quæ furatus eſt ſeruus commodatario, ſi ſciens furem eum com-
modauerit. *l. pen. commo. P. l. ſi ſeruus pignori datus, 31. § fin. de pign.
action. P. lib. 13. tit. 7.* Si commodans vel eius ſeruus, rem commo-
datam furentur, *l. rem mihi commodaſti, 21. commo. P.* datur rogan-
ti iudicium contrarium vtile: datur & contraria, ſi codicem cum
mihi dediſſes commodato, ego debitorem meum in eo cauere
fecerim, & tibi codicem reſtituens, tu interleueris. *l. ſi vt certo, §.
idem deniq;, cui commo.*

¶ Vtilis † actio eſt, quæ datur ex commodato alii quam com- 15
modanti, ſed eius loco, & dicitur, vtilis directa, *vt in l. ſi res tuas, 8.
ad exhibendum, lib. 3. C. tit. 42.* vel alii quam commodatario qui
rogauit, ſed eius loco, & dicitur, vtilis contraria.

## De Precario. Cap. 2.

Lib. 43. P. tit. 25. Lib. 8. C. tit. 5. Decretal. lib. 3. tit. 14.

1 *Precarium affine commodato.*
2 *Precariæ, precaria, precarium quid, & quomodo differant.*
3 *Renouatio precariarum expreſſa, vel tacita.*
4 *Precariæ & precariorum eadem cauſſa, & diuerſum tempus.*
5 *Coloni eccleſiaſtici qui.*
6 *Precarium quid.*
7 *Quæ res precario dari poſſint: poſſeſſio vna eadem apud plures eſſe ſimul nequit, eod.*
8 *Qui rogare & dare precario poſſint.*
9 *Forma precarii quæ.*
10 *Antinomia de tempore adiecto precario diſſoluta.*
11 *De interdicto, de precario.*
12 *Precarias & precariam, eſſe precarium cum tempore.*
13 *Interdictum de precario, eſt reſtitutorium, & quid per illud conſequamur, & contra quos competat.*
14 *Dolus tantum, non culpa, in precario conſideratur.*
15 *Quibus modis ſoluatur vel tollatur precarium.*

Precarium

1 PRecarium † eſt genus liberalitatis, affine cõmodato & dona-
tioni, *l.interdictum,14.de preca.P.* ſed per repetitionẽ rei datæ
diſtinguitur a donatione, *l.ſi precario, 17.com.prædi.P.l.1.de precar.*
*P.* quæ transfert dominiũ, *l.ſi quis argentũ, §.ſin autem, de don. in P.*
2 *& tot.tit.de reuo.dona.* ❡ Antequam † autẽ definiatur, diſtinguen-
dum eſt inter precarias, precariam, & precariũ, quæ maxime apud
iuris Pontificii auctores variantur, apud quos verſus differentiam
produnt. *refert & explicat Hoſtien.in Summa, & glo.in c.fin.de pre-
car.apud Gregor.*

*Riæ, ria, rium, tria ſunt quibus eſt caput vnum.*
*Riæ ſunt ſolitæ per ſingula luſtra renaſci:*
*Ria fit ad mortem, nec citra vult reuocari:*
*Rium finitur tunc, quando auctor vult reuocari.* id eſt,

Precariæ dicuntur conceſſiones, vſus vel vſusfructus rerum in
luſtrũ, vel in 4. aut 5. annos, poſt quos exſtinguitur conceſſio, niſi
3 renouetur. ❡ Renouata † aũt cenſetur, expreſſe vel tacite: quo-
modo expreſſe fiat prorogatione, vel alia conceſſione, palã eſt, *c.1.*
*de precario, ap. Greg. c.precariæ.12.q.2. & c.precariæ, 10.q.2.* ſed ta-
cite fieri intelligitur, vt in precario, in quo qui rogauit ad tempus,
finito tempore, etiãſi ad hoc tempus non rogauit, tamen precario
poſſidere videtur: intelligitur enim dominus, cũ patitur eum qui
precario rogauerit, poſſidere rurſus precario concedere, *Pomp.in
l.ſed et ſi.5.de precar.P.* argumento etiã locationis, quæ hoc tacite
admittit. *Vlp.l.in reb.4.de precar.in P.* Efficit autẽ iſta annorũ ad-
iectio vel renouatio, ne obliuioni detur cauſſa poſſidendi, & ne
poſſint poſſidentes præſcribere. Quanquã diutius poſſederint. *l.
item quæritur, §.fin. & l.qui ad certum, loca.P.l.legem quidem.C.loc.*
etſi nec pro voluntate concedentium reuocentur. *c. clerici quili-*
4 *libet, & c.ſeq.16.q.4.* ❡ Precaria † eſt cõceſſio vſus vel vſusfructus,
facta ea lege, vt is qui rogauit, tamdiu vtatur fruaturve, quamdiu
vixerit qui conceſſit. Quæ facta ab eccleſiaſtica perſona de bonis
eccleſiæ, non poteſt obſtringere ſucceſſores in beneficio, *c.fi.§.fi.
de precar.* neq; etiã de rebus eccleſiæ precariã facere ab aliqua po-
teſtate cogitur. *c.2.de precar.10.q.1.* Videntur mihi eadẽ eſſe pre-
cariæ & precaria, nec quicquã intereſſe aliud inter hæc, quam ꝙ
precaria vna ſit conceſſio veluti ad tempus vitæ, vel concedentis,
vel accipientis: precariæ aũt ſint veluti plures conceſſiones tem-
pore continuatæ. Proinde vnã ſpeciem definire: ſufficit in ſingu-
lari, vt precaria videlicet poſſeſſio ſit ceſſio vſus vel vſusfructus rei
immobilis, poſſeſſuro ad tẽpus, vel quãdiu vixerit, dans vel acci-
5 piens. *c.precariæ, in 1.§.1.10.q.2.* ❡ Eos † qui precarias habent, aut
precariam, ab eccleſia dici colonos eccleſiaſticos nõ ambigentẽ,
ex ſententia B.Rhenani, *lib.2.rerum Germanicarum, dum de ſtatu
Alemanorum agit.* qui originẽ aperit, dum ait: poſt victoriã illam
præſtãtem ad Tolbiacum de Alemanis per Clodoueũ obtentam,
quoſdam in illo recenti Chriſtianiſmo, res ſuas eccleſiæ donaſſe,
& rurſum agros aut domum in beneficii modũ recepiſſe ad vitæ
ſuæ tempus, non tamen citra penſitationẽ, nec poſt mortem pa-
tris, filios, aut heredes vindicare ſic data potuiſſe, & hos colonos
eccleſiaſticos dictos. Sic & ex cõcilio Mediomatricis, qui res de-
derant eccleſię, eas proprias & eccleſiaſticas pro illis fructuario vſu
tenere poſſunt, non aliter. *c.precariæ, in 1.10.q.2.* Dantur & ita res
eccleſiaſticæ ad vſum tantũ vitæ clericis, *c.huiuſmodi, §.fin.10.q.2.*
cum conſilio eccleſiæ, & a perſonis legitimis, alioquin reuocan-
tur. *c.precariæ, 12 q.2.* Poſſunt & aliis dari cum aliqua penſione, in
ius colonarium, quod differre a iure emphyteotico docet Iuſti-
6 nian. *§.lex itaq;, de non alien.reb. eccleſ.in Auth.* ❡ Precarium † eſt,
quod precib. petenti vtendũ conceditur tamdiu, quamdiu is qui
conceſſit patitur: ꝙ genus liberalitatis ex iure gentium deſcendit.
*Vlpia.in l.1.de precar.in P.* Habere precario videtur, poſſeſſionem
vel corporis vel iuris adeptus, ex hac ſolummodo cauſſa ꝙ preces
adhibuit, & impetrauit precibus vt ſibi poſſidere, aut vti liceat.
*Iulia.in l.2.§.fin.de preca.in P.*

7 ❡ Res † precario concedi poſſunt vtẽdæ & immobiles & mo-
biles, *l.4.l.cum precario, 21. & fi.de prec.P.l.fi.C.eo.* & iura ſeruitutũ,
*l.3. & habe.l.15.§.preca.de precario, P.* rei ſuæ tamen precariũ non
conſiſtit, *l.4.verſ.item, & l. certe, 6.§.quæſitum.* niſi poſſeſſionẽ rei
ſuæ oppignoratæ rogat precario a creditore debitor. *d.l.ſi debitor,*
8 *& l.certo, eo.* ❡ Vnuſquiſq; † aũt poteſt rem ſuã, quamuis non poſ-
ſideat, precario dare ei qui poſſideat, *l.vnuſquiſq;, 18.de precar.P.*
& poteſt qui ex alia cauſſa poſſidet, poſtea precario poſſidere, ro-
gãdo dominũ vt ſibi poſſidere liceat, mutata videlicet priore poſ-
ſeſſione, *l.fin.de precar.P.l.certe, 6.§ Iulian.eo.tit.* quia nec duæ iu-
ſtæ, nec iniuſtæ duæ poſſeſſiones ſimul eſſe poſſunt, vel concur-
rere in eodẽ homine, & ad eandem rem. *l.duo in ſolidum, 19.eo.tit.*
*de prec.l.3.§.ex contrario, de acq.poſſ.P.l.ſi vt certo, §.ſi duob.commo.*
Poteſt & rogare precario ſeruus, & filiusfamilias, & proprio, & do-
mini, vel patris nomine, vnde ſi eorum nomine, in ſolidũ tenen-
tur, ſi iuſſerint, vel ratum precarium habuerint: ſi ſuo nomine,
tantum, quantum eſt in peculio. *in l.4.§.1. & l.ſi ſeruus, 13. de pre-
car.* Idem in procuratore, vt pro alio rogare poſſit qui mãdauerit
vel ratum habuerit. *l.certe, 6.§.ſi procurator meus, de prec.l.poſſeſſio,
§.fin.de acq.poſſ.* Rogat & pupillus precario, ſine tutoris auctorita-
te, *l.fin.§.fin.de preca.in P.* & qui rogat, vt precario alicubi morari
ſibi liceat, & pro ſuis rogare videtur. *l.penult.de precar.P.* ❡ For- 9
ma † ſubſtantialis in eo conſiſtere videtur precarii, vt liberalitas
precibus conceſſa ad nutũm & arbitriũ repeti poſſit, *l.cum preca-
rio, 12. & l. & habet, 15.de precar.* eſt enim natura æquum tamdiu te
liberalitate mea, vti quamdiu ego velim, & vt poſſim reuocare,
quando mutauero voluntatem. *l.2.§.1.eo.tit. de preca.P.* Conſti-
tuitur autem precaria poſſeſſio vel inter præſentes, vel inter ab-
ſentes, veluti per epiſtolam vel nuntium. *Gaius in l preca.9.eo.tit.*

❡ Sed † num ad tempus fieri poſſit, quidã putant precario ad 10
certũ tempus rogari non poſſe: quod firmatur ex Celſi reſponſo,
*in l.cum precario, 12.de precar.* Cum precario, inquit, aliquid da-
tur, ſi conuenerit vt Kalendas Iulias precario poſſideat, nunquid
exceptione adiuuãdus eſt, ne ante ei poſſeſſio auferatur? Sed nul-
la eſt vis huius conuentionis, vt rem alienam inuito domino poſ-
ſideat. Vlpian.tamen, *in l.4.§.fi.de precar.* & Pompon. *in l. ſed et ſi,
5.eod.* ad tempus rogari, & finito tempore precariũ renouari tra-
dunt. Venuleius quoq; nonnunquam in longum tempus cõcedi
precarium reſpondit, *in l.quæſitum, 8.§.interdictum hoc, de precar.
P.* Et Celſus etiam poſt verba ſuperiora ſic ſubiicit, *in d.l.cum pre-
cario, 12.§.1.* Precarii rogatio ad heredem eius qui precario con-
ceſſit, tranſit ad heredem eius qui precario rogauit non tranſit:
quippe ipſi duntaxat, non etiam heredi eius conceſſa poſſeſſio eſt.
Quid autem ego in hac antinomia ſentiam lubẽs explico, ad quã
alios conniuere certum eſt. Dico igitur, ex natura precarii pro-
pria eſſe, certum tempus vtendi non præſcribere, aut legem, vt
non liceat reuocare intra illud tempus: verumtamẽ & poſſe con-
cedi in longum tempus, & breue, ſed non ideo minus in poteſta-
te dantis repetere cum voluerit. ❡ Ea † de re iure ciuili nulla a- 11
ctio competit, ſed propter ęquitatem naturalem competit inter-
dictum de precario, *Paul.l.interdictum, 13. de precar.l.eum qui,
§.is qui precario, de furt.in P.* ſi nihil cautũ eſt de reſtitutione: nam
ſi concedendo precarium cautum fuerit de reſtitutione per ſti-
pulationem, ex ea agetur: ſi autem alio modo, ceſſat interdictum,
*l. & habet, 15.§.cum quis, de preca.P.* & datur condictio incerti præ-
ſcriptis verbis, quæ ex bona fide oritur. Quamobrem, quemad-
modum in hoc contractu cautio de reſtituendo mutat actionem
contractus: ſic & arbitror pactionem de reſtituendo poſt certum
tantum tempus expreſſam recipiendam eſſe, *l.duo, 19.§.fin.de pre-
car.in P.l.2.§ 1.eod.* & adiicere contractui, vt æquum ſit impleri:
veluti in commodato, cui ſimile eſt precarium, intereſt noſtra di-
ctam legem vſus vel temporis ſeruari, ne decipiantur beneficio.
*l.1.§.fin.de precar.* Neque pactione adhibita certi temporis Celſi
habebit locum ratio, quæ ideo ad arbitrium concedentis reuoca-
ri precarium putat, ne inuito domino rebus quis vtatur: nam cõ-
ſenſu, adhibito pacto, non inuitus, ſed volens in id conſenſiſſe vi-
detur, *l.in commodato, §.ſicut, commo.§.fin.de commod.* vnde poſt-
ea traditione ſecuta, liberum non erit recedere a placitis. *in l.cum
precario, 12.de precar.* ❡ Et ❡ inde petitas puto precarias, & pre- 12
cariam Pontificii iuris, eaſque eſſe precarium verum, ſed cum de-
finito tẽpore, vel luſtrali, vel vitæ, vel alterius generis. Et ſic Gre-
gorius IX. ſtatuit, precarias, quæ quandoque de eccleſiarum poſ-
ſeſſionibus fieri ſolent, non eſſe pro voluntate concedentium
reuocandas. *argum.l.1.§.1.de pact.* ❡ Per † interdictum itaq; re- 13
ſtitutorium qui precarium dedit, ſuo tempore (& aliter quando
placuerit) precarium reuocat ab eo qui poſſidet, vel dolo deſiit
poſſidere, *l.ſicut, C. de actio.l.in traditionibus, de pactis, in P.* item
quanti ſua intereſt non reſtitutũ, cum re precario data, ab eo tem-
pore a quo petitum eſt, & fructus conſequitur, *in c.fin.§.de pre-
cariis.* quodve ex re natum erit, *d.l.2.l.interdictum, l. & habet, de
precar. & l.quæſitum, §.eum quoq;, eod.* cumque omni cauſſa. Nam
in priſtinam cauſſam res data, hoc interdicto reſtitui debet non
deterior, & cum ſuis iuribus. *l.quæſitum, 10.§.ex hoc interdicto, de
precar.* Experitur autem, & poſt annum, *Pompon.l.quamuis, 10.eo.
titu.* & is qui precario dedit, & heres eius, ad quem & precarium
tranſit, hoc eſt, a quo & qui rogauit habere precario videtur, *d.§.
ex hoc interdicto, & §.ſeq.* & ita contra accipientem, & contra he-

redes quoque eius competit, l. 8. §. interdictum, eod. titu. ſiue habeat, ſiue deſierit dolo habere: ex dolo autem defuncti hactenus, quatenus ad eum peruenit. dict. l. quæſitum, §. quod a Titio, & l. cum precario, 12. §. fin. de precario. Neque heres viucapere poterit, quod defunctus precario poſſidebat, l. fin. de precar. C. potiſſimum, quia morte eius cui conceditur precarium finitur, nec continuatur in heredem eius. l. quæſitum, §. fin. eod. P. Ideo reſtituere alienum debet, in quo nullum ius ei eſt. l. cum heres, 11. de diuerſ. & tempora. præſcriptio. lib. 44. P. tit. 3.

14 ¶ In † re autem reſtituenda ſi ſit deterior, vel interierit qui rogauit, tantum de dolo, non de culpa, niſi ea dolo ſit proxima tenetur: quia totum hoc precarium ex mera liberalitate eius deſcendat, qui precario conceſſit. d. l. cum precario, §. fin. Agitur precarii nomine quod iuſſu, & de in rem verſo, contra dominum & patrem ſerui & filiifamilias qui precarium rogarunt. l. fin. in fin. C. de pact. l. 2. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. Precario nomine poſſidens quoque ob rem illam, interdicto vti poſſidetis, aduerſus omnes agit, præter eum quem rogauit, l. quæſitum, 8. §. eum quoq; de precar. P. l. contractus, de regu iur. in P. ſiquidem ambo rem eandem poſſident, videlicet qui rogauit naturaliter, & qui conceſſit ciuiliter. l. 4. §. & tenebitur, l. 8. & l. 13. eo. de precar. Et tranſlata videtur in dubio, hoc eſt, ſi nihil aliud cautum eſt, naturalis poſſeſſio, l. qui precario, 17. eod. l. 1. in fin. & l. ſeq. vti poſſid. in P. imo aliquando trãſlata ciuilis, & naturalis poſſeſſio, ſi credamus Accurſio, l. & habet, 15. §. eum qui, de precar. vt aliquando ex verbis cõceſſionis liquet neutram conceſſam, veluti ſi quis precario conceſſerit morari in fundo. l. in rebus, §. 1. eo. Hoc porro ius quod in precaria re quis habet ratione ſubſiſtentis precarii, poſſidenti conceditur, gl. in l. Põponius, l. 13. §. ſi is qui, de acquir. poſſ. P. lib. 41. tit. 2. & tamdiu vſu & vſufructu eius potitur, quamdiu non ſoluitur.

15 ¶ Soluitur † autem pluribus modis. Primum reuocatione facta a domino & a concedente, vt dictum iam abunde eſt. Item ſi expreſſe quidem non reuocet, ſed tacite, vt ſi qui conceſſit rem precario datam, alienauerit: niſi volũtate noui domini res eadem permaneat penes eundem, Vlp. in l. certa, 6. is qui rogauit, de precario, P. l. ſi quis ante, § idem Pomponius, de acqui. poſſ. vt & finitur precarium pignoris, ſoluente debitore debitum creditori, qui rem pignoratam precario dedit eidem. l. quæſitum, § quod a Titio, & §. illud, de precar. P. Si precarium, vt in precariis fuerit conceſſum temporis definitione, eo adueniente finitur. l. ſi debitor, de precar. Item morte concedentis, ſi dictum, ſi non dictum, non vtique, l. 4. & 5. de precar. c. 1. de precar. quamuis morte eius cui conceditur, finiatur, quia ad eum non tranſit, l. 4. loca. P. vt in precaria ſuperius annotauimus etiam. l. cum precario, 12. §. fin. de precar.

## De Depoſito. Cap. 3.

Lib. Inſtitu. tit. 15. §. præterea. Lib. Pandect. 16. tit. 3. Lib. C. 4. tit. 33. In Authent. coll. 6. tit. 14. de depoſito. Lib. Decretal. 3. tit. 16. De ſequeſtratione. Lib. 4. C. tit. 4. Lib. 2. Decretal. titu. 17. Lib. 2. Clementi. titu. 5.

1 *Depoſitum re contrahitur, commendatum & depoſitum, idem.*
2 *Depoſium quid. Voculæ in iure non ſunt otioſæ, eod.*
3 *Diuiſio depoſiti.*
4 *Res depoſitæ quæ, & quæ ſequeſtri & depoſiti: & ſequeſtri differentiæ.*
5 *Sequeſtri nomen vnde, & quid olim.*
6 *Sponſio qualis ſpecies depoſiti, & quando permiſſa.*
7 *Sponſio litis cauſſa, & de his quæ inde accipiebant iudices. Brytannea pecunia vnde, eod.*
8 *Quæ res deponi poſſunt.*
9 *Qui deponant.*
10 *Et apud quos.*
11 *Deponitur obſignatum, & non obſignatum.*
12 *Praxis ſequeſtri committendi an vnus, vel plures ſint ſtatuendi.*
13 *Collitigans, neque ſequeſter, neque conductor ſequeſtri rei litigioſæ eſſe poteſt: & de aliis qui ſequeſtres fieri non poſſunt, vel poſſunt.*
14 *Quæ res ſequeſtrari poſſunt, & quid operetur ſequeſtratio beneficii.*
15 *De ſequeſtratione perſonarum.*
16 *De forma deponendi, quæ ſimplex, vel compoſita: & quomodo a mandato, locatione, & mutuo differat.*
17 *Depoſitarius de dolo non de culpa, tenetur.*
18 *Quo loco rei controuerſæ depoſitum fieret, & faciendum ſit. Depoſitasq; olim tutius pecunias in templis.*
19 *In Chetmiliarchio ciuitatis, eccleſiarum, apud nummularios, & alibi penes priuatos fide delecta.*
20 *Quare temere non fit ſequeſtratio: & quando in ſequeſtrum tranſit poſſeſſio, & poſſidenti antea adimitur.*
21 *Iniectio manus regiæ, id eſt,* mettre ſoubz la main du Roy, & de Iuſtice, *non adimit poſſidenti poſſeſſionem.*
22 *Beneficium triennio pacifice poſſeſſum ſequeſtrari non poteſt, neque pecunia ex contractu debita.*
23 *Finis ſequeſtrationis & depoſiti quis.*
24 *Rationes ſequeſtri.*
25 *Satiſdatio ſequeſtrum fieri impedit, & factum reuocat, & quando.*
26 *Quæ præcedant ſequeſtrationem faciendam.*
27 *Iudex poteſt inhibere, ne pendente lite fiat alienatio.*
28 *Sequeſtri officium quale.*
29 *Sequeſter impenſas repetit, & ſalarium petere poteſt.*
30 *Sequeſter num cogi poſſit ſuſcipere ſequeſtrum.*
31 *Quæ obſeruanda in ſequeſtro poſſeſſ. contumacis.*
32 *In cauſſam debiti pignora capta poſſunt ſequeſtrari, vel, conſentiente creditore, penes ipſum debitorem depoſiti nomine capta relinqui.*

1 DEpoſitum, † re etiam potiſſimum, §. præterea, quibus mod. re contrah. obl. contrahit obligationem, idem ac commendatum. l. Lucius, 24. depoſit. P. l. commendare, de verb. ſign.
2 ¶ Depoſitum † porro eſt, quod cuſtodiæ cauſſa apud aliquem gratuito poſitum & commendatum eſt. colligitur ex l. 1. cum ſuis §§. depo. in P. De præpoſitio, auget vim poſiti, vt non ſimpliciter poſitum cenſeatur, ſed & totum fidei eius, qui capit commiſſum, quod ad cuſtodiam rei pertinet. d. l. 1. in princ. Seruius in eclog. 2. Virgil. in ver. detexere. ſic enim voculas Iuriſconſulti conſiderant, vt perperam non ſint poſitæ, vt in l. triplici, de verb. ſign. l. re coniuncti, de lega. 3. l. fin. de impube. C. aut expungant. l. 1. quod met. cauſ. P. l. fin. C. de donatio.
3 ¶ Depoſitum † diuiditur in proprie depoſitum, & ſequeſtrum, & ſponſionem: differunt autem, materia, rerum videlicet cauſſa, & formula.

4 ¶ Res † proprie in depoſitum veniunt mobiles: in ſequeſtrationem proprie immobiles, tit. de prohib. ſequeſtr. pecuniæ, C. lib. 4. tit. 4. quanquam & aliquando ſequeſtrum rei mobilis, vel ſe mouentis, vt hominis, fit. vt in l. ſi hominem, 7. depoſit. P. Item depoſitum eſt, quando vnus, vel plures rem deponunt, quę eſt ſine controuerſia ex plena & libera voluntate: ſequeſtratio, quando fit depoſitum ex controuerſia rerum ipſarum depoſitarum. l. licet, 17. & l. proprie, 6. depoſit. in P. 109. ſequeſter, de verb. ſignif. Eſtq; ſequeſter, medius inter litigantes, l. ſi apud te, 19. de præſcript. verb. P. vt etiã in eum tamdiu transferatur poſſeſſio, ſolum ademta litigantibus, donec diremta ſit controuerſia, vel ſolutum ſequeſtrum: quod tamen aliter in depoſito ſtatuitur, in quo qui deponit & dominium, ſi habet, & poſſeſſionem ſibi retinet, nec tranſit in depoſitarium, d. l. licet. Hocq; proprium in ſequeſtro, qui vt plerũq; iudicis auctoritate quamuis ex conſenſu partium, vel illis conſentientibus, conſtituitur, vt is ſe exonerare depoſito ſeu ſequeſtrato nõ poſſit, niſi ex iuſtiſſima cauſſa, & auctore iudice. l. ei apud quem, 5. § fi. depoſ.
5 ¶ Sequeſtrum † dictum putant, ab eo quod occurrẽti, aut quaſi ſequenti eos qui contendunt, committitur. in l. ſequeſter, 109. de verb. ſign. Et Gellius, ab eo quod litigantes fidem eius ſequantur, olimq; dictum ſculnam, Aul. Gell. lib. 20. c. 10. Sequeſter apud Ciceronem paulo aliter quam apud Iuriſconſultos accipitur, pro eo, apud quem pecunia corrumpendi iudicii cauſſa, aut tribuum deponebatur, vt ſuffragia obtinerentur: vt dum ait: Cice. pro Cluent. Quo ſequeſtre, in ipſo iudice corrumpendo eſt vſus. Et alibi, Cic. 1. in Verr. Qui aut ſequeſtres aut interpretes corrumpendi iudicii ſolent eſſe. Et in Deuteronomio ſacro, ſequeſter dicitur medius, qui diſſidentes partes ad pacem reducere curat. Ego, inquit Moyſes, Deut. c. 5. ſequeſter & medius inter vos & Deũ fui. & in iure quoq; tertia perſona ſequeſter dicitur. l. ei apud quem, in fi. & l. ſeq. depoſi. in P. De aliis differentiis inter ſequeſtrum, & depoſitum, in ſequentibus ex tractationis ſerie apparebit.
6 ¶ Sponſio † quoque depoſitum eſt, ſed quæ ad certas res depoſitum contrahit. hæc habet controuerſiam ob quam fit, ſed non rerum depoſitarum, vt ſequeſtrum, ſed ob alias, eaſque honeſtas, quando aliquæ res ea lege apud aliquem deponuntur, vt qui victor aliqua in re honeſta fuerit, accipiat, dicunt Galli Gageure: depoſitis enim pignoribus id fit. Cuius exemplum refertur a Plinio, cum narrat de vnionibus quos Cleopatra partim abſumſit, vt ſponſionem cum Antonio factam, ipſa vinceret. Plin. lib. 7. c. 35. Sic Damætas apud Virgilium, eclo. 3.

Vn

*Vis ergo inter nos quid poſſit vterq; viciſſim*
*Experiamur? ego hanc vitulam (ne forte recuſes,*
*Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus)*
*Depono: tu dic, mecum quo pignore certes?*

Quod excerptum videtur a Theocrito *eidyllio* 8. apud quem Menalcas primus ſic ait:

χρήσδεις δ' ὦν ἐσιδεῖν· χρήσδεις καταθεῖναι ἄεθλον,
Daphnis. χρήσδω τοῦτ' ἐσιδεῖν, χρήσδω καταθεῖναι ἄεθλον.
Men. ἀλλὰ τί θησεύμεσθ', ὅκεν ἁμῖν ἄρκιον εἴη:
Da. Μόσχον ἐγὼ θήσω, σὺ δὲ θές γ' ἰσομάτορα ἀμνόν, &c. id eſt,
Men. *Vis ne ne igitur videre, vis ne deponere præmium victoriæ?*
D. *Volo hoc videre, & volo deponere præmium.*
M. *Verum quid deponemus, quod ſatis dignum ſit?*
D. *Vitulum ego deponam, tu vero depone agnum æqualem matri.*

Prohibebat lex Publicia, Titia, & Cornelia, vt auctor Martianus Iuriſconſultus ſponſionem fieri ex aliis rebus, quam pro certamine quod virtutis cauſſa fieret, *Martian. in l. 3. de aleæ luſu, & aleator. lib. 11. P. titu. 5.* Quemadmodum ſenatuſconſultum vetuit in pecuniam ludere, præterquam ſi quis certet diſco, vel pilo, iaciendo, currendo, ſaliendo, luctando, pugnando, virtutis cauſſa, *Paul. in l. 2. de aleator.* Ex qua ſponſione victori contra depoſitarium datur præſcriptis verbis actio, vt det: ſi honeſta cauſſa, ſin minus, datur depoſiti deponenti tantum repetitio, *l. ſi rem, 19. §. fin. de præſcript. verb. in P. 19. lib. tit. 5.* Notat Philippus Buignognius, *in legib. abrogatis*, Senatuſconſ. Pariſienſi ſponſiones, vt inhoneſtas, quæ fierent ſuper mulieribus prægnantibus, & quod ob eas ſuppoſitiones fieri partus poſſent, merito reiectas 29. Martii,
7 1563. ¶ Erat † & ſponſio in litibus, pecunia videlicet definita, apud Græcos potiſſimum, quæ ante actionem ab accuſatore & reo deponenda erat: victus vero vtrorumque depoſitum perſoluebat, eoq; fruebantur iudices. Porro, a centum drachmarum mulcta vſq; ad mille damnati, tres drachmas deponebant: qui autem a mille vſque ad decem millia, triginta. Nonnulli tamen Prytaneam pecuniam, decimam mulctæ eſſe arbitrãtur, & hanc a ſubituris iudicium, in iudicum mercedem deponi. Stipulatio vero erat eorum quæ de publicis controuertebantur, quinta pars: ſed illorum quæ de priuatis, decima. Epobeliaque erat ſexta mulctæ pars, quam victus ſoluebat, ſic dicta, quod obolus ſexta drachmæ pars eſt, vt ſcribit Iulius Pollux, *libro 2. capit.* 4. Adſtipulatur Suidas, dum de ἐπωβελία loquitur, Cum, inquit, Athenis multi forẽſes & in mercatu verſantes, potiſſimum viros bonos, & quietos ciues pecuniæ cauſſa calumniarentur, decretum factum eſt, vt qui reum non peregiſſet, ſexta litigioſæ pecuniæ parte mulctaretur, hoc eſt, de ſingulis drachmis, quæ ſenos valerent obolos, ſingulos obolos ſolueret, *Suid. in verb.* ἐπωβελία. Meminerunt Latini de ſponſionibus quæ interdictorũ cauſſa fiebant, vt Quintilianus, *libro 7.* & Cicero, *pro Cæcinna.* erat enim, inquit, Cæcinna de fundo vi armata deiectus: propterea prætor interdixerat, vt vnde deieciſſet, reſtitueret: reſtituiſſe ſe dicit, ſponſio facta eſt: hac de ſponſione vobis iudicandum eſt. C. Caligula ſtatuit, pro litibus atque iudiciis, vbicunq; conceptis, quadrageſimam ſummæ de qua litigaretur præſtari: nec ſine pœna, ſi quis compoſuiſſe, vel donaſſe negotium conuinceretur, *Suetonius in Caligula, cap.* 40. Vidimus & in Gallia iſtas ſponſiones litium cauſſa, pro modo ſummæ contentioſæ, vel pro modo æſtimationis rerum, & poſtea, vt a regno legitimo alienas, expunctas, vocabant conſignationes litium. Sed hactenus de diuerſitate depoſitorum: perſequor de rebus idoneis depoſito tractationem.

8 ¶ Ergo † deponi non poſſunt res propriæ depoſitarii apud eundem, ſicut nec is proprias res commodato, vel precario capere poteſt, *l. qui rem, 5. depoſiti. P. l. neque pignus, 46. de reg. iur.* res tamen aliena non a domino deponi poteſt, *l. bona fides, 1. depoſ.*
9 *in P.* ¶ Non † ideo tamen impeditur dominus rei, quin a depoſitario per actionem ad exhibendum, & rei vindicatione repetere poſſit, *l. ſi res tuas, 8. C. ad exhibe. lib. 3. titu. 43.* Deponimus autem non ſolum per nos ipſos, ſed etiam & per eos quorum obligationem acquirimus, *l. 1. §. non ſolum, depoſ. P.* per ſeruos, & filiosfamilias & per alios qui nobis bona fide ſeruiunt: & nobis ex eorum depoſito actio competit, *dicta l. 1. §. non ſolum, & §. ſi ſeruus, & l. quod ſeruus, depoſ. in P.* Deponit & dominus, & non dominus, ſibique actionem quærit, vt prædo, fur, ſi deponant rem alienam, *dicta l. bona fides 1. §. ſi prædo, depoſi. P. l. non a iudice, 64. de iudic.* nam & horum intereſt rem ab illis depoſitam ſibi reſtitui, quia & illi reſtituere coguntur, & illis fides data eſt, *d. l. bona fides, depoſ.* Concurrente tãmen dominò cum non domino in repetitione rei, conſultius fiet ſi domino, dummodo talem eum eſſe conſtet, reſtituatur, ad euitandos circuitus, *vt in l. dominus teſtamentum, de condictio. ind. clem. auditor, de reſcript. apud Clemen.* nam ſi reſtituatur non domino, & eum rurſum domino reſtituere neceſſe eſt. Et ſi qui depoſuit damnatus ſupplicio ſit, non ei quidem, ſed fiſco reſtituitur, *l. bona fides, depoſ.* eadem ratione, quia fiſcus dominus factus rei ſit, *per l. Statius Florus, §. Cornelio, de iure fiſci, P.* filiusfamilias quoque deponit nomine ſuo, & agit recte, *l. Iulianus, 19. depo. P. l. filiusfamilias, de actio. P. l. ſi longus, §. ſi filiusfa. de iudi. in P.*

¶ Deponi † porro apud omnes poteſt, niſi ſpecialiter prohi- 10
beatur, etiam apud iudicem, *glo. in l. ſenatuſconſulto, 16. §. fina. in ver. deponatur, de offic. præſ. P. l. ſi fideiuſſor, §. fin. qui ſatiſd. cog. P. l. ſed & ſi, §. plane, ad exhi.* non poteſt autem vtiliter deponi, vt inde detur actio, penes pupillum doli non capacem, & ſi deponatur, actio depoſiti in eum tantum competit, in quantum locupletior factus eſt, non vltra, *l. 1. §. an in pupillum, depoſ.* Neque depoſitum recte fit penes ſeruum, neque in eum datur actio, etiamſi poſtea fuerit manumiſſus, depoſito facto pendente ſeruitute: niſi eo tempore doloſe & malitioſe circa depoſitum ſe geſſerit: tunc enim delictum noxam ſequitur, *dicta l. 1. §. ſi apud ſeruum, depoſ. in P.* & niſi poſt manumiſſionem ſeruus teneat adhuc depoſitum, *l. apud filiumfamil. depoſi. in P.* Penes filiumfamilias recte deponitur, isque pro depoſito conuenitur, *d. l. 1. §. filium-*
*fam depoſ. in P.* ¶ Deponitur † autem vel obſignatum, vel reſera- 11
tum. Obſignatæ pecuniæ vſus non conceditur depoſitario, non obſignatæ concedi poteſt, & ſine vſuris: niſi moram faciat in reddendo, *l. Lucius, 24. & l. diem ſponſaliorum, 25. §. fina & l. publica 26. eod. P.* ſi ſignato depoſito vtatur, furtum faciat, *l. ſi iaculum,*
*29. eod. P. §. placuit, de obliga. quæ ex delict. naſcunt.* ¶ In † ſeque- 12
ſtro idipſum fere ſtatuitur, paucis exceptis quæ ex quotidiana praxi haurienda ſunt. Poſtquam iudex ſequeſtrationem fieri debere ſtatuit, definit diem certam, intra quam litigantes de ſequeſtro conueniant: eaque exacta ex officio ipſe ſequeſtrum conſtituit, non ante, *l. in venditione, 8. §. fina. de bonis auctor. iudic. poſſiden.* & ita iudicatum in curia ſuprema Pariſiorum, anno 1531. 25. Aprilis refert Papo, *lib. 8. Rapſo. areſto. titu. 10. areſt.* 1. Nec tamen patietur iudex conſtitui plures in ſequeſtro regendo, nec vltra tres, vt dictum eiuſdem curiæ placito, 12. April. 1533. *Papo vbi ſup. areſto. 2. & 3.* Niſi bona ſequeſtrata in diuerſis prouinciis ſita eſſent, nam tunc ſingulis præfici poſſunt. Vnum tantum ſequeſtrum conſtitui debere voluit Ioan. Andreas, idoneum tamen fide & facultatibus, *Ioan. Andr. in addi. ad Specul. titu. de ſequeſt. verſic. 2. quæro.* Quod clement. vnic. de ſequeſtratio. poſſeſſion. de vno in ſingulari loquatur, quæ ſi plures etiam admiſiſſet, de illis & meminiſſet, *argum. c. vni. de cleric. ægro. in ſex.* Idque ad vitandos ſumtus, qui a pluribus quam ab vno plures fiunt, *c. fina. de conceſſ. præb. in ſex.* Contrarium tamẽ ſeruari in ſacro palatio Romæ tradit Octauianus Veſtrius, & duos fere ſemper dari, alteroque mortuo, & rurſum alium in eius locum ſubrogari, *Octauia. Veſtrius, in*
*introductione in aula Romana actionem, lib. 7. c. 1.* ¶ Sequeſter, † qui 13
litigat, eſſe non poteſt eius rei, vt differentia inter dantem & accipientem ſit, *c. fin. de Iuſti.* Quocirca & placuit ſæpe prædictæ curiæ, *Papo vbi ſup. areſt. 9.* vt ann. 1538. menſe Nouembri, & anno 1543. menſe Februarii, non licere litigantibus conducere fructus rei ſequeſtratæ contentioſæ: vt euitetur occaſio vim committendi, & vt recta via litigantes & ſine dolo litem componant, *argumen. l. æquiſſimum, de vſufruct.* quamquam iure ciuili forſan ſuſtineri poſſit locatio, *l. ſi pignore, 22. §. ſi poſt diſtractum pignus, de pign. act. in P.* Sequeſtrum officii cuiuſdam clauſtralis committitur vni ex religioſis eiuſdem monaſterii & regulæ, pro faciliori officii diſpenſatione & neceſſitate, *Papo vbi ſup. areſt. 4. tradit Pariſius ita iudicatum, 29. Ian. anno 1534.* Ex conſtitutione regia Ludouici 12. publicata an. 1499. *conſtit. Lud. 12. an. 1499. art. 86.* cautum habemus, ne ſequeſter fiat proximus vel conſanguineus iudicis qui ſequeſtri ſententiam tulit, ſiue agatur de cauſſa eccleſiaſtica beneficiaria, ſeu de temporali. Quo fit vt multo magis prohibeatur ipſi iudici ſequeſtrum ſuſcipere a ſe decretum. Neque etiã id honeſtati congruere tradit Tiraquellus, *tract. de retract. conuenti. §. 4. in glo. 7. nu. 1. & ſeq.* quamuis poſſe eum eſſe ſequeſtrum quibuſdam placuerit, vt Baldo, Roman. Alexandro, Iaſoni, *in l. fideiuſſor, § fina. num. 2. qui ſatiſda. cog. Iaſ. iterum, l. cum filiusfamil. col. 4. verſ. tamen iudex, de lega. 1.* & Curtio, *in l. 1. q. 4. de ſequeſtra. pecunia.* Sed mihi probabilior cõſtitutio regia, & vtilior reipubli-

cæ. Probo nihilominus quod eadem conſtitutione Ludouici *12.*
cautum alio capite, *eadem conſtitutio. Ludo. 12. anno 1499. articu.*
*67.* & a Franciſco primo, *in conſtitutione Franciſc. pri. titul. de la*
*reformation, de la iuſtice de Normandie, articu.* 43. vt conſigna-
tiones, ius pignoratitium, quod vocant *garniſon de main de iuſtice,*
depoſitum, committantur ciuibus inſignioribus locorum, vocãt
Burgenſes, electis communi contendentium, ſi fieri poſſit, con-
ſenſu: ſin minus, remanere tãquam penes ſimplices depoſitarios,
14 penes actuarios ſeu amanuenſes iudicis. ¶ Sequeſtrantur † mobi-
lia & immobilia, prædia & fructus, imo eccleſiaſtica ipſa benefi-
cia, *clem. vnica, de ſequeſt. poſſeſſio. & fructuum, apud Clement. & ibi*
*glo. in verb. beneficium, Doctor. in c. examinata, de iudice.* facitq; ſe-
queſtratio ſacerdotii, vt qui ante ſequeſtrationem poſſidebat, nõ
poſſit ſolum de fructibus non capere, ſed etiam ne poſſit officiis
diuinis eius eccleſiæ vel prædicationi ſe immiſcere, niſi ab haben-
te poteſtatem miſſus fuerit, *in deciſione Bellamera, 419. titu. de ſe-*
*queſtratione.* Proinde ſequeſtrum beneficii eſt præficere amoui-
bilem qui eccleſiam regat, & iura ſequeſtratæ eccleſiæ exerceat,
etiam in iure eligendi, & præſentandi, ſi durante ſequeſtro vaca-
uerit beneficium ad eam eccleſiam pertinens, *Rota deciſ. 323. in*
*antiq.* Octauianus Veſtrius hanc facultatem ſequeſtri arbitratur
extendi poſſe ad ius conferendi: vaſallumque vel emphyteotam
inueſtiendi, & alia quæuis ſequeſtratæ eccleſiæ iura exercendi, *O-*
*ctauianus Veſtrius, lib. 7. introductionis in Romanæ aulæ actionem, c.*
*2. num 3. per glo. in d. clem. vnic. in ver. beneficium, & per doctores ibi-*
15 *dem, & in c. examinata, de iudiciis.* ¶ Fit † & ſequeſtratio perſo-
narum, ſi de illis, vel contra illas ſit controuerſia, *vt in c. literas, &*
*cap. ex tranſmiſſa, de reſtitut. ſpoliatorum.* Paulus Caſtrenſis quoq;
in praxi eſſe teſtatur: ſi viator tranſeat alicubi ducens animalia al-
terius, aliena videlicet, quæ a domino agnoſcãtur, dominum poſ-
ſe curare commendari, vel ſequeſtrari penes hoſpitem, mandato
iudicis: eum tamen, vocato & comparente coram ſe viatore, &
ſatiſdationem de ſiſtendo dante in iudicio, reuocare debere ſe-
queſtrum, & vindicias viatori concedere, *Paul. Caſt. ad §. fi. legis, ſi*
*fideiuſſor, qui ſatiſda. coga. adde Alex. conſil. 63. 3. vol.* Si de perſo-
nis etiam exhibendis, de liberis, vel vxoribus conſequendis, & de-
ducendis fiat controuerſia, interim apud matremfamilias eſſe et-
iam prætor ſeu iudex iubet, *l. 3. § in hoc interdicto, §. penul. de libe-*
16 *ris exhib. lib. 43. P. titu. 29.* ¶ Forma † & ſubſtantia deponendi, vel
ſimplex, vel ex pactis interuenientibus quæ ſeruari debent, *l. 1. §. ſi*
*conueniat, depoſi.* compoſita. Simplex eſt, cum res deponitur cu-
ſtodiæ præſtandæ cauſſa gratis a depoſitario: nam ſi alio animo
detur, tranſit in alium contractum, veluti ſi dedero vt alii perfe-
ras, erit mandatum, *l. 1. §. ſi te rogauero, depoſ. in P.* ſi merces cuſto-
diæ cauſſa accipiatur, erit locatio, *l. 1. § ſi veſtimenta, & §. ſi quis*
*ſeruum, eod. titu. depoſ. P.* Fit gratia dantis, non accipientis ſimpli-
citer depoſitum, quo & diſtat a mutuo, quod fit gratia accipientis
vt & commodatum. Quare ſi rebus depoſitis vtatur depoſitarius
ex conſenſu deponentis, vel ſine cõſenſu, degenerat in aliam ſpe-
ciem contractus, *l. Lucius, in 1. l. 24. depoſ. P.* quam depoſiti: aut
depoſitarius vtendo re depoſita inſcio & inuito domino ſeu de-
ponente, facit furtum, *l. 3. C. depoſ. l. ſi ſacculum, eod. in P.* maxime ſi
pecunia obſignata depoſita vtatur: alioquin ſi depoſita non obſi-
gnata ſit, videtur eo animo depoſita vt vtatur depoſitarius, *di-*
17 *cta l. Lucius, & l. ſi ſacculum, §. fina.* ¶ Ex † ſubſtantia depoſiti eſt,
vt depoſitarius tantum de dolo teneatur, non de culpa, *§. præterea,*
*quib. mo. re contrah. obli. l. contractus, de regu. iur. 1. §. illud, dep. l. 1. C.*
*depo. l. quod Nerua, depo. in P.* quæ tamen dolo proxima non ſit:
quia ſibi imputare debet qui talem amicum depoſitarium ſibi e-
legerit, *d. §. præterea, & §. fin. de ſocieta. l. cum mandato, 24. de minor.*
*25. ann.* At ſi placuerit vt de caſu fortuito, de culpave teneatur, id
ſequendum: & in ſumma, quod placuerit, *l. 1. C. depo. l. 1. §. ſi conue-*
*niat, eo. tit. l. in traditionibus, de pact. P. d. l. contractus, de reg. iur.* eo
excepto, ne dolus præſtetur: nam hoc cum contra bonos mores
pactum ſit, & ad delinquendum impellens, reiicitur, *l. 1. §. illud non*
*probandum, depoſ. in P. l. ſi vnus, §. illud, de pact.*
18 ¶ Ad † formam quoq; deponendi, leges quę de loco, in quo de-
ponendum eſt præſcribunt, referendæ ſunt: nam in certis depoſi-
tis, quę ad liberationem deponentis pertinent, obſeruandum eſt,
num legitime dep ſitu ſit, *vt in l. acceptam, C. de vſur. in l. obſigna-*
*tione, C. de ſolut.* Moris erat antiquis, pecunias mercatorum, & fœ-
neratorum in foro Romano deponere, in æde Caſtoris, vt ex Iu-
uenalis verbis conſtat, dum ait, *Sat. 14. arata nullus in arca Num-*
*mus, & ad vigilem ponẽdi Caſtora nummi.* Herodianus, in templo
Pacis pecunias ſuas deponere ſolitos Romanos tradit, *Herod. in 1.*
Iuriſconſulti noſtri ſæpe in æde ſacra deponi iubent, *l. ait prætor, 7.*
*de mino. 25. an. P. l. ei ap. quem, §. fi. depo. in P. l. acceptam, de vſur. C.* vt
& depoſitum fuiſſe apud Iudæos ex libris Machabæorum appa-
ret, *2. Mach. c. 3.* Athenienſibus ærarium primum, vbi cuſtodien-
da pecunia publica deponebatur, erat Delus, in cuius templo &
conuentus fiebant, vt ſcribunt Thucydides, *in 1.* & Æmilius Pro-
bus, *in Ariſtide,* qui & alicubi, *Æmil. Prob. in Annibal.* meminit de
depoſito Gorthynis præſentibus facto in templo Dianæ. M.
Tullius Cicero ſcribit, *2. de Legib.* Alexandrum in Cilicia, apud
Solem in delubro depoſuiſſe pecuniam: & Athenienſem ciuem
egregium Cliſtenem Iunoni Samiæ, cum rebus timeret ſuis, filia-
rum dotes depoſuiſſe: & Plautus, *in Bacchidib. Nos apud Theoti-*
*mum omne aurum deponimus, Qui illic ſacerdos eſt Dianæ Epheſiæ,*
*Quin ipſa in æde Dianæ conditum eſt ibi.* Et Macrobius, deponi ſo-
litas pecunias publicas in ærario, quod erat in templo Saturni Ro-
mæ tradit, *Macrob. lib. 1. Saturnalior. c. 8.* In Ceimeliarchio quoq;
ciuitatis aut eccleſiæ deponebantur & olim res, *l. litibus, de agric.*
*& cenſi. li. 11. C. l. fi. §. fi. de bo. auct. iud. poſſid. C.* Item penes nummu-
larios, qui in foro ſunt, quo fit vt cum foro cedũt, depoſitorum ha-
beatur primum ratio, *l. ſi hominem, §. fi. depo. in P.* ¶ Porro † in iſtis 19
locis publicis deponebantur res, vt tutius eſſent conſeruatæ: pro-
hibitũ tamen non eſt alibi deponere & penes alios priuatos, quo-
rum fides eligitur a deponẽte, *l. 1. depoſ. P.* Paulus etiã tradit, the-
ſaurum eſſe pecuniam conditam in agro cuſtodiæ cauſſa, *l. peregre,*
*44. de acq. poſſ.* & alibi dicitur pecuniã alioquin niſi ob cuſtodiam
ſepeliri non poſſe, *l. at ſi quis, 14. §. funeris, de religio. & ſumt. fune-*
*rum, l. fi. §. fina. de auro & argen. lega. lib. 34. P. titu. 2. l. 4. §. penult. ad*
*leg. Iul. pecul.* quamuis alibi theſaurus diſtinguatur a depoſitione
pecuniæ cuſtodiæ cauſſa, quod hęc habeat dominum, theſauri ve-
ro antiquam ob depoſitionem dominus ignoretur, *l. nunquã, 30.*
*§. theſaurus, de acquir. rer. dominio.*
¶ Porro † ad ſequeſtrationem temere perueniendum non eſt, 20
nec cuiuſcunque contendentis ſeu litigantis arbitrio & volunta-
te: quia reipublicæ intereſt, ne rerum dominia in incerto maneãt,
*l. 1. de vſuca. P. §. 1. eod. tit. ap. Iuſtinia.* quod accidere propemodum
videtur in ſequeſtratione, per quam poſſeſſio tranſit a litiganti-
bus in ſequeſtrum, ſi ea lege deponatur apud illum, vt victori de-
tur, *l. licet, depo, in P.* non aliter, *l. intereſſe, de acq. poſſ.* Maxime quã-
do conſenſu vtriuſque partis fit ſequeſtratio: tunc enim Cardina-
lis notat eos priuari poſſeſſione, non etiam ſi inuito poſſidente,
penes quem ratus eſt poſſeſſionem etiam poſt ſequeſtrationem
manere, quod ei obſeruaſſe prodeſt in vſucapione perficienda in
ſui fauorem contra alium. Quodque probat Henricus Boick, *in*
*c. examinata, de iudi.* ¶ Additque † iniectionem regiæ manus, quæ 21
dicitur, *miſe ſous la main du Roy, & de iuſtice,* in rem contentio-
ſam non adimere poſſeſſionem. Subſcribunt Felinus, *in c. illud,*
*colum. 12. de præſcript.* Gomeſius, *in reg. Cancel. de annali poſſeſſ. q.*
*46. glo. in prag. ſanct. §. item voluit, in verbo vicario, de colla.* & alii. Fa-
cit in argumentum, quod de nouatione dicimus, vt voluntaria
tollat priuilegia, quę erant ex priore obligatione, cum tamen per
neceſſariã nouationem priora maneant, vt ſi per litis conteſtatio-
nem fiat, *l. aliam cauſſam, 29. de nouatio.* Neque quiſquam ſine
cauſſa re ſua priuari poteſt, *l. id quod noſtrum, de regu. iur. l. 2. de his*
*qui ſunt ſui vel alien. iur.* cum ſemper præſumatur pro poſſeſſore
etiam iniuſte, donec de iure ſuo actor aut petitor docuerit, vt ne-
que rem reſtituere teneatur, niſi ſuam intentionem impleuerit, *l. fi.*
*C. de rei vind. l. qui accuſare, de eden. l. exſtat, 25. de iure fiſci, §. com-*
*modum, de interd. l. negantes, C. de actio. l. cogi, de petit. hered.* ¶ Pro-
inde † beneficium quod quis per triennium poſſederit pacifice, 22
ſi de eo moueatur controuerſia, ſequeſtrari non debet, quamuis
ante poſſet ſequeſtrari, *clem. 1. de ſequeſtra. poſſeſſio. facit c. ad no-*
*ſtram de regulari, l. 1. C. de fideicom.* Sic etiam iure ciuili pecunia
debita ex aliquo contractu ſequeſtrari non poteſt, donec ſoluen-
di gratia debitor vocetur in ius & fuerit de debito conuictus, *l. vn.*
*de prohibit. ſequeſt. pecuniæ,* neque enim contractus ius in re, ſed ad
rem præbet, *Bald. in l. error, ad l. Fal. C.* minusque eſt habere a-
ctionem, quam rem, *l. minus, de reg. iur. l. obligationum ſubſtantia,*
*de actio. P.* Et ideo a ſequeſtratione incipiendum non eſt, ne con-
tra iuris regulas ab exſecutione lis incipiat, *l. 1. & fin. C. de exſecut.*
*rei iud.* ¶ Quemadmodum † finis, propter quem fit depoſitum, 23
eſt cuſtodia, ſic ſequeſtrationis finis is eſſe poteſt: ſed vltra alii
quoque addendi ſunt & rationes eiuſdem, quarum aliquas refe-
ram. Prior erit, & præcipua poſſeſſionis rerum ſequeſtrum ſtatui,
ne contẽdentes ad arma proſiliant, *l. ſi vſusfructus, 16. §. fi. & l. æquiſ-*
*ſimũ, 17. de vſufru. in P.* ¶ Iudicis † quippe partes ſunt, prius tẽtare, 24
num

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

num amice poſſit lites comp onere, & ſi nequeat, poſtea iudic r:, *c. querelam, c. 15. de Symo. lib. 5. Decral. titu. 3.* & curare vt pacata ſit Reſpubl. & prouincia quam regit, *l. congruit, 13. de offic. præſ. lib. 1. P. tit. 18.* Quamobrem Baldus notat ad officium & arbitrium iudicis pertinere, proſpicere num ſequeſtrum decernere expediat, *Bal. in l. ſi fideiuſſor. §. fina. per illum, §. in verb. ſi hoc iudic. ſederit, qui ſatiſd. cog. in P.* durabitq; ſequeſtrum eadem ratione, donec etiam appellationis cauſſa, ſententia terminetur, *l. litibus, de agri. & cenſi. lib. 11. C. tit. 47.* Alia ratio ſequeſtrationem ſuadet, vt obuiam fraudibus & malitiis litigantium eatur, *clem. vni. de ſequeſt. poſſ. & fruc. facit l. in fundo, de rei vind. P.* & res in tuto ſint, *l. 1. §. ſuper peculio, de aſſertio. tollen lib. 7. C tit. 17. d. l. litibus, de agri. & cenſ. lib. 11. C. c. literas, & c. ex tranſmiſſa, de reſtit. ſpol. l. ex ſenatuſconſulto, §. fin. de offic. præſi. P.* & conſeruentur illæſæ ſine diſſipatione, *l. ſi cum dotem, 23. §. ſin autem in ſauiſſimo, ſol. matri. P.* Tertio, inductam ſequeſtrationem, vt dum ſub iudice lis, & in dubio ius eſt, ad conſeruationé iuris alterutrius, interim fructus ab interitu & difficili recuperatione vindicentur lite & appellatione pendente & indeciſa, *c. 2. & 3. de ſequeſtratio. poſſ. ap. Grego. l. 1. §. iubet autem prætor, de collatio. bonorum, in P. l. Imperatores, 21. §. fin. de appell. lib. 49. P. tit. 1.* Hac ratione ſi ſatiſdatum pro re mobili non ſit, & perſona ſuſpecta ſit a quo ſatiſdatio deſideratur, apud officium deponi debet, ſi hoc iudici ſederit, donec vel ſatiſdatio detur, vel lis finem accipiat, *l. ſi fideiuſſor, §. fin. qui ſatiſd. cogan. P.* Hæc ſuſpicio perſonæ ſuſpecta in duobus potiſſimum: ſi non poſſideat immobilia, *l. ſciendum, 15. qui ſatiſda. cogan. P.* vel ſi poſſideat, ſed pauca, *l. ſi creditores, 15. de priuileg. creditor. li. 42. P. tit. 6.* item ſi malis moribus imbutus poſſeſſor ſit, *§. ſi. de ſuſpe. tutor. 8. eo. de ſuſp. tut. lib. 26. P. tit. 10.* ſi antea in rebus male ſe geſſerit, *l. ſi cui, §. iiſdem criminib. de accuſ. in P.* multumque ad ſuſpitionem augendam, vel minuendam facient periſtaſes a perſonę qualitate depromtæ, *l. ſi. de actio. in P. l. 1. ſi quis Im-*
25 *perator maledixerit, C.* ¶ Hoc † tamen ſingulariter notandum, per dationem fideiuſſoris ſequeſtrum impediri ne fiat, & ſi conſtitutum ſit, reuocari, *d. §. fi. l. ſi fideiuſſ. qui ſatiſ. cog. vbi Iaſ. notat exceptiones vt canoniſtæ, in c. examinata, de iudic. & ibi glo. 2.* niſi in caſu
26 clementinæ vnicæ, de ſequeſtrat. poſſeſſ. ¶ Notat † autem Baldus, *in d. §. fin. l. ſi fideiuſſor.* antequam ad ſequeſtrum perueniatur, præcedere debere quandam inquiſitionem ſuſpitionis, *quod & probat d. l. ſi creditores,* in qua tamen aduerſarium, id eſt, litigãtem, vocandum eſſe vult, niſi de fugę eius ſuſpitione agatur: nam tunc vocandus non eſt, ne de fuga inſtruatur, & cum in fugæ ſuſpitione de facto procedi poſſit, *l. ait prætor, §. ſi debitorem, quæ in frau. credit.*
27 *in P. l. pen. C. de pign. act. l. quæſitum, de pignor. P.* ¶ At † dignum ſcitu eſt, in his in quibus ſine ſuſpitione ſequeſtrum fit, iudicem ſtatim mota lite præceptum decernere poſſe, de non dilapidando, vel de non alienando, *Bal. in d. §. fi. l. ſi fideiuſſor.*
28 ¶ Sequeſtri † officium eſt, interim fructus cuſtodire, & vendere, exemplo boni patrisfamilias, pecunias conſeruare, *l. in venditione, §. ſi quis fructus, de bo. auctor. iudicum poſſ. c. 2. de ſequeſt. poſſ. cle. 1. eo. titu.* deductis ſumtibus: minime tamen debet eas in emtionem prædiorum conuertere, *glo. in d. cle. vni. de ſequeſt. poſſeſſ. in verb. reſtituat.* ſed eas & reliqua victori reſeruare & reſtituere.
29 ¶ In † hoc præſtare tantum operas tenetur, non impenſas, ex ſuo ne officium ſit illi damnoſum, *l. fin. §. fin de bo. aucto. iudic. poſſiden.* Negant tamen Angelus, Imol. Romanus, Aretinus, *in l. intereſſe, de acquir. poſſ.* ſequeſtrem poſſe petere ſtipendium laboris. ¶ Ve-
30 runtamen † indemnem ſeruari ſequeſtrem in omnibus æquum exiſtimo, potiſſimum, cum poſſit cogi ſequeſtrum ſubire, ſecundum Baldum, *in l. 1. in fine, vbi pupil. educ. deb.* & Curtium, *in l. 1. de probib. ſequeſt. pec. quæſt. 2.* quorum opinio in Gallia recepta eſt, cum tamen cogi non poſſe, Bartolus, *in l. litibus, §. fina. de agric. & cenſi lib. 1. C.* Baldus alibi, *conſ. 180. 4. volum.* Paulus Caſtrenſis, Alexander atque Iaſon, *Ang. Paul. Caſt. & Iaſ. in l. ſi fideiuſſ. §. fi. qui ſatiſ. co.* tueantur: ſed & conſtitutio regia Franciſci I. anni 1539. artic. 8. ſalarium dari per iudicem moderatum ſequeſtris permittit, *vt clem. 1. de ſequeſt. poſſ. Bald. in ſua pract. tit. de offic. iud. facit l. in eos de tutel.*
31 ¶ Quędam † tamen vltra in ſpecie ſequeſtrationis alia, quæ ob contumaciam poſſeſſoris fit, *ca. ex literis, de dolo & contumacia.* obſeruanda ſunt: vbi tamen officium iudicis potiores partes obtinet. Nam dum quis contumax eſt, & ideo fere pro conuicto & damnato habetur, contumacia litis damno plectenda eſt, *l. contumacia, de re iud. P.* Fitq; interim ſequeſtratio mulctæ cauſſa, quando & in poteſtate iudicis ſitum ſit mulctare vocatũ, & venire cõtemnentem, *l. 2. ſi quis in ius voc. non ier. c. fin. de dolo.* & interim iudicium præparando mittere petitorem in poſſeſſionem, rei ſeruandæ cauſſa, *l. 1. ne vis fiat ei qui in poſſe. mit. c. 1. de dolo & contuma.* non tam vt poſſideat, quantum vt cuſtodiat, *l. poſſideri, §. fina. de acq. poſſ. melius in l. cum legati, 12. quib. ex cauſ. in poſſ. eatur, lib. 24. P. cum ſimilib. ibi notatis,* quamuis ſi ante annum non veniat contumax, fiat verus poſſeſſor, qui miſſus eſt in poſſeſſionem, *c. contingit, de dolo & contum.* Qua ratione ante lapſum anni adeptio poſſeſſionis illa ſimilis eſt ſequeſtrationi, & qui miſſus eſt in eam rei ſeruandæ cauſſa, vt ſequeſter colet rem, & fructus ne diſſipentur domino cuſtodiet, ex iudicis auctoritate, *l. is cui, §. qui in poſ-*
*ſeſſionem, vt in poſſe. lega. P.* ¶ Quod † ſi in cauſſam debiti pignora 32
a debitore per apparitorem capiantur, recte placuit non obſtante debitoris exceptione, re ipſa a poſſeſſione ſeu detentione debitoris eximi, & apud tertium, vt ſequeſtrum, deponi, non apud eundem depoſiti nomine relinqui, niſi conſentiente creditore, *ita iudicatum arreſto Pariſienſi, 26. Febr. 1515. refert Papo li. 18. Rhapſo. arreſto. tit. 15. areſt. 22. facit l. 1. §. inde quæritur, de ope. noui nunt.*

## De Repetitione & Actionibus depoſiti.

### Cap. 4.

1 *Actiones 3. pro depoſito, directa, contraria, vtilis.*
2 *Directa pro quibus datur deponenti.*
3 *Cum directa competit & actio ad exhibendum, & rei vindicatio aduerſus tertium poſſeſſorem.*
4 *De perfidia depoſitariorum.*
5 *Quantum peccet qui inficiatur depoſitum, & de pœna eius diuina.*
6 *Pœna inficiantis depoſitum apud Pyſidas, & Glauci Spartiatæ inficiantis diuina vltio.*
7 *Condemnatus depoſiti inficiati iure ciuili infamis: alia Caro. V. lex de eodem.*
8 *Depoſitum negare iniquius quam mutuum.*
9 *Actio depoſiti directa in ſimplum, & in duplum quando competat, & in quintuplum.*
10 *Depoſiti ſpecies: theſaurus fiſco datus.*
11 *In depoſiti actionem quæ veniant, de vſuris & iuramento in litem dolo depoſitarii, & 12.*
12 *Quibus detur directa.*
13 *De actione contraria depoſiti.*
14 *De vtili actione depoſiti.*
15 *De ſequeſtraria actione.*

ALius finis, † aliave ratio tractationis depoſiti eſt, vt reſtitua- 1
tur idem corpus depoſitum deponenti ex eius arbitrio præcedente decreto, vel ſequente, *l. Lucius, 24. l. 1. §. eſt autem, & §. pen. depoſiti.* ¶ Quamobrem † ſi ſponte non fiat, & ſi legibus dictis 2
depoſito ſatis non fiat, proditæ ſunt actiones, directa, contraria, vtilis. In primis directa datur deponenti contra depoſitarium, vt fidem datam cuſtodiæ impleat, ex conuentionis lege, *l. ſi is qui depoſitum, 8. C. depoſit. l. 1. §. ſi conueniat, eodem titu. in P. l. is penes quem, 6. C. eodem § fina. de depoſito, in authen. collat. 6. titul. 14.* Dehinc ſecundo datur, vt cogatur depoſitarius reſtituere depoſitum ſtatim, nulla compenſationis etiam exceptione tutus, *l. penul. C. depoſi. l. fin. §. excepta de compenſ. C.* ¶ Producit † hic contractus 3
actionem ſui nominis, *l. 1. C. depoſ.* rei perſequendæ cauſſa proditam, *§. rei perſequendæ cauſſa, de actio.* quæ, etſi dolus interueniat, miſta ſit, & ad pœnæ, & ad rei perſecutionem pertinet. Petuntur res depoſitæ a depoſitario, vel ſi is eas dolo deſierit poſſidere, actione hac, & ad exhibendum, *l. 1. §. fin. depoſ. C.* Et rei vindicatione aduerſus tertium poſſeſſorem, ſi apud alium ſiat: nam depoſiti actio non datur contra tertiũ, *l. ſi is qui depoſitam, C. depo. l. ſi res tuas, C. ad exhiben.* ¶ Exigit † infida conditio hominum ſic dominis 4
actionibus cõſuli, & pœnis: nam, vt loquar cum Iuuenali, *Sat. 13.*

*Nunc ſi depoſitum non inficietur amicus,*
*Si reddat veterem cum tota ærugine follem:*
*Prodigioſa fides, & Thuſcis digna tabellis,*
*Quæque coronata luſtrari debeat agna.*
*Egregium ſanctumq; virum, ſi cerno, bimembri*
*Hoc monſtrum puero, & miranti iam ſub aratro*
*Piſcibus inuentis, & fœtæ comparo mulæ.*

Et quo frequentior & pernitioſior hæc fallacia & deceptio, certe maiori legum cautione indiguit. ¶ Improbe † enim facit, 5
qui reddere recuſat, *l. deſiderium, C. depoſ.* tum quia fidem fefellit datam, quod graue eſt, *l. 1. de conſt. pecu. P.* tum quia contra æquitatem naturalẽ alienis ditari, & cum aliena iactura deſiderat, *c. locupletari, de reg. iu. in ſex. l. nam hoc natura, de cond. indeb. in P. l. iure*

*natura, de regu. iur. in P.* D. Ambroſius docet ſumma fide depoſitum omnium eſſe cuſtodiendum, ſed maxime viduatum, 2. *Officio. cap.* 29. Anima quæ peccauerit, inquit Deus ad Moyſen, & contemto domino negauerit proximo ſuo depoſitum, quod fidei ſuæ commiſſum fuerat, &c. conuictus delicti reddet omnia, quæ per fraudem voluit retinere integra, & quintam inſuper partem domino cui damnum intulit, *Leuit. c. 6.* Apud Pyſidas abiurans depoſitum morte plectebatur, *Alexander ab Alexandro, lib.*
6 *6. Genial. dier. c.* 10. ¶ Narrat † Herodotus inſignem quendam aliquando virum apud Spartiatas nomine Glaucum, hoſpitis cuiuſdam Mileſii pecuniam ingentem in depoſitum & cuſtodiam receptam eidem denegaſſe, & ab oraculo Apollinis reſponſum accepiſſe, nulla venia dignum fore, eumque, prolem, & domum in poſterum delenda e vita, idque accepiſſe, & domum eius ex Spar-
7 ta radicitus extritam. ¶ Iuuenalis † quoque de eodem, vel de ſimili ſcribit: verum addit eum depoſitum reddidiſſe, & nihilominus pœnis, propter voluntatem ſolam inficiandi, punitum, dum ait, Spartano cuidam reſpondit Pythia vates:

*Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret*
*Depoſitum retinere, & fraudem iure tueri*
*Iurando: quærebat enim quæ numinis eſſet*
*Mens, & an hoc illud facinus ſuaderet Apollo.*
*Reddidit ergo metu, non moribus, & tamen omnem*
*Vocem adyti dignam templo, veramq; probauit,*
*Exſtinctus tota pariter cum prole domoq;:*
*Et quamuis longa deductus gente, propinquis,*
*Has patitur pœnas, peccandi ſola voluntas:*
*Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat vllum,*
*Facti crimen habet. Iuuenal. Satyr. 13.*

Iure ciuili, *Herod. in* 6. quoq; ſuo nomine ob depoſitum reddendum & qui eſt inficiatus, conuentus & damnatus, infamis fit, *l. qui depoſitum, l. 10. depoſi. C. l. 1. de iis qui no. infa. P.* Carolus V. Cæſar hac de cauſſa ſic ſtatuit: Quiſquis cum alterius bonis, quæ ſibi bona fide conſeruanda cuſtodiendave commiſſa ſunt aut depoſita, vltro ſiue malitioſe in præiudicium creditoris ſeu deponentis agit, hoc quidem ſcelus delictumque æque vt furtum puniatur, *in conſtitu-*
8 *tionib. Caroli V. de rebus capitalibus, arti.* 170. ¶ Ariſtoteles † pluribus rationibus docet, iniquius eſſe depoſitum denegare quã mutuum. Primum quia qui deponit confidit depoſitario tanquam amico, qui mutuat, facit non tanquam amico, alioquin daret. Secundo, quia maior iniuria fit: quia præter damnum depoſiti fides negligitur, cuius gratia depoſitum fit. item qui depoſuit, reddendi cuſtodiendique gratia dedit. Poſtremo addit neceſſitatem deponendi, qua, qui perfidiam hominum vitant vel fortuna laborant aduerſa, deponere impelluntur: qui vero mutuant, fortunis abundant fortunateque degunt. Iniquius autem eſt, iniuriam homini infortunato, quam fortunato intuliſſe. Hæc Ariſtoteles, *lib. Problem. ſect. 29. q. 2.* Et iterum, cur, inquit depoſitum etiam paruum denegare turpius eſt, quam debitum magnum? An qui depoſitum negat, hominẽ fraudat, a quo bonus ipſe exiſtimatus eſt? an quoniam qui hoc facit, illud etiam facere velit? *idem eod. Ariſtot. quæſt. 6.* Eadem fere diſputat Cicero, *pro Sexto Roſcio.* Ex nouella Iuſtiniani etiam proſpectum eſt contra denuntiantes depoſitario ne reſtituat depoſitum deponenti, vt teneantur deponẽti quanti ſua intereſt non fuiſſe redditum depoſitum, & vſuram tertiam centeſimæ, *nouella, de depoſito. in authen. coll. 6. ti. 14.* ¶ Ad-
9 iecit † lex ciuilis, vt ſi quidem ſimplex negetur depoſitum, in quo potuit qui depoſuit eligere depoſitarium, actio pro repetitione in ſimplum eſſet, *l. 1. §. prætor ait, & §. merito, depoſit. P. §. rei perſequendæ, & §. in duplum, & §. ſed furti, de actio.* at ſi vrgente neceſſitate incendii, ruinæ, naufragii ſit depoſitum, in duplum in depoſitarium ratione pœnæ, & in heredem in ſimplum, *l. quod tumultus, §. depoſit. P.* lex diuina & quintam partem, vt diximus, reſtitui
10 iubet, *Leuit. 6.* ¶ Depoſitum, † cuius ignorabatur dominus propter antiquitatem, Theodoricus Gotthorum rex, per comitem rerum priuatarum iuſſit iungi fiſco, *Caſſiod. lib. 6. Variar. cap. 8. in*
11 *formula comitiuæ priuatarum rerum.* ¶ Bonæ † fidei hæc actio eſt, *§. actionum, de actio. l. 1. §. eſt autem, verſ. hanc actionem, depoſ. in P.* ideo res cum omni cauſſa, fructibus & partu reſtituenda eſt domino. Sed contra bonam fidem & aduerſos depoſiti naturam eſt, vſuras a depoſitario deſiderare temporis ante moram eum qui beneficium in ſuſcipienda pecunia vtendi dedit: poſt moram tamen veniunt, *d. verſ. hanc actionem. Pau. in l. videamus, 38. §. ſi poſſe. de vſur. lib. 22. P. titu. 1.* vel ſi pacto cautum eſt, vt vtens depoſito præſtaret, ſicque ex lege contractus vſuras præſtabit, *l. Lucius, 24. de poſſ. P. l. die ſponſaliorum, 25. §. fin. eo. P. l. 2. C. eo. tit. nouella 88. §. agnoſcat inſuper,* quemadmodum etiam, ſi inſcio domino depoſito vtatur, *d. l. Lucius, in 7. l. Quintus, 28. & l. Publ. Mæuia. 26. §. Lucius Titius, depoſi. P. d. l. 2. C. eo. & l. in bonæ fidei, C. de vſur. & l. mora, §. in bonæ fidei, eod. tit. de vſur. in P.* quia & id ſpeciem furti habet. In repetitionem etiam non veniunt res, quæ ex pecunia depoſita a depoſitario ſuo nomine ſunt emtæ, *l. 3. & 4. C. de poſſe.* ſi tamen pecuniæ adhunc exſtant, rei vindicatione a tertio poſſeſſore vindicari poterunt, *in l. ſi ea pecunia, 6. de rei vindi. lib. 3. C. titu. 32. l. 1. C. ſi quis alteri, vel ſibi, l. ſi patronus, C. communia vtriuſque iudicii,* vel, ad id quod intereſt depoſitum non fuiſſe in emtiones conuerſum, agetur, *l. ſi is qui, 8. C. depoſit.* eaque de cauſſa, propter perfidiam, iuratur in litem a deponente, *l. 1. §. ſi apud duos, depoſit. in P.* contra depoſitarium: non autem a depoſitario agente cõtraria actione depoſiti contra deponentem, qui non de fide rupta, ſed de indemnitate agit, *d. l. 1. §. in depoſiti. eo. tit. P. l. 2. & l. in actionibus, de in lit. iura. in P.* & ideo non habet infamiæ notam, vt directa, *l. ei, ap. quem, 5. depoſi.* Deinceps per actionem directam depoſiti, repetitur quod datum ſeu extortum eſt a deponente per depoſitarium, vt depoſitum reſtitueret, tanquam turpiter acceptum, *l. furti, §. fin. de iis qui not. infam. in P.* vt fieret quod gratis & ſponte fieri debebat: cuius nomine prodita quoq; eſt condictio ob turpẽ cauſſam, *l. fi. dep. in P.* ¶ Agunt † & heredes deponẽtis, & maiori parti reſtitutio fit, 12
videlicet iis qui maiorem habent bonorum portionem, *l. fin. de cond. ob turp. cau. P. l. fin. & pen. C. eodem.* Si plures depoſuerint, reſtitutio fiet ex lege conuentionis, aut pro parte, *l. ſi plures 14. depoſit. P.* ſi apud duos aduerſus vnumquemque: ſi alter tamen id quod intereſt præſtiterit, alius quoque liberabitur. Tenetur item depoſitarius de eo quod doloſe contigit in re gratia tantum deponentis depoſita de dolo tantum, *l. 1. §. ſi apud duos depoſ.* & latiori culpa, *l. contractus, de regu. iur. l. 1. §. ſi quis ſeruum cuſtodiendum, in fine, depoſi. in P. l. ſi vt certo, §. nunc videndum commod. P. §. præterea, quib. mod. re contra. ob. l. 1. §. is quoq; apud quem, de actio. P.* quæ dolo proxima eſt, *l. quod Nerua, depo. P.* nec pacto fieri poteſt vt de dolo non teneatur, *l. 1. §. non autem alias, ſi quis teſta. libe. eſſe iuſſ. fue. l. magna culpa, de verb. ſign. in P. cum ſimil.* Latiſſima hic culpa, non adhibuiſſe rebus depoſitis eam diligentiam, quam adhibuit ſuis, ſi cum poſſet & ſuas & depoſitas curare, vel ſaluas facere, non fecit, *l. 1. §. illud, depoſiti, P. l. ſi vnus, §. illud, de pact. in P. l. conuenior, de pact. dotal. P.* Quod ſi non potuerit omnes æque alienas ac ſuas iuuare, excuſatur ordine caritatis, quo quis primum ſuis, deinceps alienis proſpicere debet, *d. l. quod Nerua. & c. fin. depoſ. apud Greg.* Si tamen depoſitum fiat vtriuſque cauſſa, videlicet & deponentis & depoſitarii, de leui etiam culpa tenetur depoſitarius, *l. præſes prouinciæ, C. de ſeruitute.* Item & ſi depoſitarii tantum cauſſa depoſitum fiat, *l. ſi vt certo, 5. §. nunc videndum, commoda. in P.* ſi is ſe depoſito obtulerit, vel ſe periculo illigauerit: quo caſu, & dolum, & culpam præſtare tenetur, nõ tamen caſus fortuitos, *l. ſi quis nec cauſſam, ſi cert. pet. in P.* qui ad deponentem pertinent, ſi non aliter ſpecialiter conuenit, *l. 1. §. ſi conueniat, & §. ſæpe euenit, depoſit. c. fin. eod. tit. apud Gregor.* Hinc patet ceſſare actionem directam depoſiti pro rei repetitione, ſi ſine dolo, & culpa depoſitarii res interierit: quia tunc perit domino, *l. 1. C. depoſ. d. §. ſi conueniat. & d. l. ſi vt certo, §. nunc videndum,* poſt litem conteſtatam inficiante reddere rem depoſitario, periculum ad eum pertinet tanquã ex dolo, *l. ſi plures heredes, 14. §. ſine autem, depoſ. 14. l. 1. C. eod. tit. c. fi. eod. tit. §. præterea, quib. mo. re contrah. ob.* ſi æque res non erat interitura penes deponẽtem, non ſi natura æque peritura apud eum eſſet, *l. ſi in Aſia, 12. §. fin. & l. ſeq. depoſ. P.*

¶ Contraria † depoſiti actio datur depoſitario, vt is indemnis 13
fiat, *l. ſi plures, 14. §. 1. eod.* & ratione exceptionis, ſi cautum fuerit ne culpa præſtaretur, & eo nomine conueniatur, *in l. ei apud quem, depoſ. P.* Repetit & per hanc impenſas in rem depoſitam factas, ſiue in rem deducendam vel deferendam, *l. ſi vt certo, §. interdum, commo. P.* ſiue in alimenta fiant, *l. ſi in Aſia, depoſit. P.* item pro furto a ſeruo depoſito commiſſo, *l. actione, 23. depoſi.*
*P.* ¶ Vtilis, † tam directa quam contraria, ex pacto extranei & al- 14
terius perſonæ, quam contrahentium, *l. ſi ſeruus, de pign. actio.* Eſt & vtilis, qua creditor depoſitam pecuniam a debitore repetit a depoſitario, *l. ſi res tuas, C. ad exhib.* item vtilis quando depoſitum eſt ea lege, vt tertio reddatur, & tertius repetit, *l. acceptam, C. de v-*
*ſur.* ¶ Sequeſtraria † item actio, directa, contraria, vtilis. Directa da- 15
tur ſequeſtranti contra ſequeſtrum, *l. ei apud quem, §. in ſequeſtro, depoſ. l. ſi in Aſia. §. cum ſequeſtro, eod.* vt reſtituat ſequeſtrata, ſi dictum ſit, *l. propter inſtrumenta, 5. & l. is penes quem, 6. C. eod. lite*

regula-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*regulariter finita. Bart. in l. ſi oleum, de dolo*, damnum, & culpam, & dolum reſarciat. Datur & vtilis contra ſequeſtrum, ſi auctoritate iudicis ſequeſtratio facta fuit, officiumq; imploratur iudicis, *Bart. in l. intereſſe, num. 5. de acq. poſſ. per l. poſtquam, §. Imperator, vt lega. no. caue.* Per hanc ſequeſtrariam opinor expediri poſſe quæ ad ſequeſtrum pertinent, ſi ex lege præſcripta per regias conſtitutiones non fuerint peracta omnia, qualia vt recuperatores, vocant *commiſſaires*, ſeu apparitores & ſequeſtri, ex iudiciali auctoritate res locent licitatione peracta, atque vt conductores earum penſiones in domum ſequeſtrorum ſeu commiſſariorum, ſine fraude ſuoque tempore, deferant: & rebus ipſis tanquam boni patresfamilias vtantur, ex conſtitutione Franciſci primi, *in conſt. Franciſc. 1. publicata, 1539. art.* 82. Item vt decreto, ſtatim intra tres dies litigantes res ſequeſtratas eiurent, alioquin iure ſuo cadant, ſicuti ſi ſequeſtrationis poſſeſſionem impediant, *eod. art. 105. eod. art. 78. l. ſi quis in tātam, C. vnde vide.* tuetur enim iudex eum quem in poſſeſſionem mitti iuſſit, *l. 1. §. hoc interdictum, ne vis fiat ei, qui in poſſ. miſſ. eſt*, daturque turbato actio in factum ad intereſſe, & qui vim facit, amiſſione rei punitur. Quanquam non obſtante ſequeſtri ſpoliatione, ſequeſter poſſidere nihilominus dicatur, *argument. l. quamuis, 13. de bo. auct. iudi. poſſ. lib. 42. titu 5. & c. contingit, c. 9. de dolo & cont. lib. 2. Decret. titu.* 14. Ita & is venit ante omnia reſtituendus, & antequam ſpolians audiri poſſit, *iuxta canonem, reintegrandæ, 3. quæſt. 1. c. fina de ord. cognit. c. in literis, ca. item cum quis, c. ex quæſtione, de reſtit. ſpol. l. ſi quis ad ſe fundum, ad l. Iul. de vi publica. l. ſi maritus, de dona. inter vir. & vxor. C.*

## De Pignore & Hypotheca. Cap. 5.

P. lib. 20. tit. 1. Lib. 8. C. tit. 4.

1. *Pignoris diuiſio generalis: & antichreſis quid.*
2. *Fiduciaria poſſeſſio quid, Recredentia, Vindicia.*
3. *Pignus quid, & hypotheca: & differentia.*
4. *Hypothecæ nomen omne pignus continet, & pignus hypothecam.*
5. *Pignus quid, & quæ in ipſo conſideranda.*
6. *Pignoris diuiſio in 4 ſpecies.*

1 PIgnus † & in genere, & in ſpecie acceptionem habet. In genere continet antichreſim, fiduciariam poſſeſſionem, ſeu fiduciam, pignus, hypothecam. ἀντίχρησις eſt poſſeſſio rei vtenda data creditori, pro vſu pecuniæ ei debitæ, *in l. ſi is qui bona, d. l. 11. §. 1. pign. P.* mutuus vſus rei pro pecunia, vt ſi domum oppignoratam creditor vſurarum vice inhabitet, tamdiu quamdiu pecunia non ſoluitur, vt ait Conſtantinus Harmenopulus, *in Prochiro. legum, titulo, περὶ ἀντιχρήσεως.* Exempla in iure probata ſunt, *l. ſi ea lege, 17. l. ſi ea pactione, 14. C. de vſur. l. ſalubriter, eo. titu. apud Gregor.* ex pacto videlicet, *l. 1. §. pact. de pig. P.* cum alioquin fructus pignoris computentur in ſortem, *l. 1. de diſtra. pign. C. l. 2. de partu pign. C. l. ſi*
2 *dominum, C. de pignor.* ¶ Fiduciaria † poſſeſſio, eſt ex iudicio litis vindiciarum petitarum poſſeſſio, non iuſta vel abſoluta, ſed veluti depoſitaria, *explicat Budæus, in l. 2. dum de vindiciis agit. de orig. iu. ex Aſconio Pediano in Verrinas Cicero.* quæ poſtea reddendis rationibus & fructibus eſt obnoxia: vocamus hanc fiduciariam in Gallia, recredentiam, & poſſeſſionem conceſſam ſub manu regis, quaſi fide data de ea reſtituenda, ſi dictum fuerit. Sicut ſcribit Liuius, Philippo viſum fuiſſe optimum, Nabidi tyranno Corinthū dare fiduciariam, vt victori ſibi reſtitueret: ſi quid autem aduerſi accidiſſet, vt ipſe haberet, *Liuius lib. 2. de bello Macedonico.* Sicut Iaboleno dictus fiduciarius heres, qui fidei commiſſarius, qui ex fide hereditatem acceptā reſtituere debet, *l. Seius ad ſenatuſ Trebel.* Fiduciariam poſſeſſionem pignoris loco eſſe puto, in prima miſſione ex cautione de damno infecto, *l. 4. § ſi intra, de dam. infect. lib. 39. P. tit. 2.* quæ tamen diſſimilis eſt pignori, *l. ſi finita, 15. §. ſi quis damni infecti, & l. his qui, 12. de damno infect. P.* idipſum patet in miſſione in poſſeſſionem creditorum, rerum ſeruandarum cauſſa, *l. prætor ait, 9. cum ſuis §§. & 4. ll. ſeq. de bonis auto. iudic. poſ.*
3 *lib. 42. P. titu.* 5. Sunt & illis plura ſimilia. ¶ Pignus † appellatum eſt a pugno, quia res quæ pignori dantur, manu traduntur: vnde etiam videri poteſt verum eſſe quod quidam putant, pignus rei mobilis conſtitui, vt notat Caius, *in l. plebs, 237. § pignus, de verbo. ſignif.* Et Vlpianus, proprie, inquit, *in l. ſi rem alienam, 9. §. non tantum, verſic. proprie, de pign. act. lib. 12. P. tit. 7.* pignus dicimus quod ad creditorem tranſit: hypothecam autem, cum non tranſit poſſeſſio ad creditorem. Vnde hypothecam rerum immobilium eſſe proprie quoque placuit, vt pignus mobilium. Veruntamen iſta differentia a nominis ſono tantum pendet, vt verum ſit quod Marcellus ait, nominis tantum ſono differre, in aliis, potiſſimum in natura obligationis & actionis, propemodum ſimiles, *Marcel. in l. res hypothecæ, 5. §. fin. de pign. §. item Seruiana, verſic. inter pig. de actio.*

¶ Nam † generale verbum hypothecæ eſt ad omnia pertinens, 4
quæ ſubiiciuntur in cautionem obligationi, ὑποθήκη ἀπὸ τοῦ ὑποθέσθαι, quod idem eſt, ac ſupponere. Sicque vſurpant Græci hypothecæ nomen, pro omni re quæ obiicitur vel ſubiicitur obligationi: alio nomine apud Demoſthenem, *contra Dionyſodorum.* ὑποκείμενον, ἐὰν δὲ μὴ παράσχωσιν ἐμφανῆ τὰ ὑποκείμενα καὶ ἀνέπαφα. Id eſt, quod niſi libera exhibuerint pignora, omnique alii creditori intacta, vt alibi ait, παρέξουσι τοῖς δανείσασι τὴν ὑποθήκην ἀνέπαφον, ἕως ἂν ἀποδῶσι γιγνόμενον ἀργύριον, id eſt, præbebuntque iis qui crediderint pecunias, pignus purum ab omni manus iniectione, *vide Budæum in Commenta. linguæ Græcæ.* Et hypothecam vertit etiam pignus Iuriſconſultus Scæuola, dum explicat epiſtolæ quæſtionem, in qua in hæc verba cautum erat, δανεισάμενος παρά σου δηνάρια πεντακόσια, παρεκάλεσα σε μὴ βεβαίωσιν, ἀλλὰ ὑποθήκην παρ' ἐμοῦ λαβεῖν, &c. id eſt, fœneratus a te denaria 60. rogaui te non certificatorē, ſed ὑποθήκην, a me accipere, &c. an pignus, inquit Scæuola, contractū ſit? cū ſine die & cōſule ſit, quia verba epiſtolę poſt præcedentia hæc addita. οἶδας γὰρ ἀκριβῶς, ὅτι ἡ ταβέρνα, καὶ οἱ δοῦλοί μου οὐδενὶ κατέχονται ἢ σοι, ὡς εὐσχήμονι ἀνθρώπῳ πιστεύσας, id eſt, *noſti enim profecto, quoniā & taberna & ſerui mei a nullo detinentur, quā a te, & vt ſenero homini fidē habuiſti.* Et reſpondit Scęuola, de pignorib. conuentum fuiſſe, *Scæuola in l. cum tabernam, 34. §. item quæſiuit, de pign. P.* Sic legimus quoque apud Ariſtotelem oleum hypothecæ ſuppoſitum, & ita rem mobilem. ὑποθήκης γενομένης τῆς τοῦ ἐλαίου τιμῆς, *Ariſtot. lib. 2. Oeconomica.* Vt contra apud Latinos, pignus pro re immobili ponitur, vt apud Terent. *in Phormio.*

*Ager oppoſitus eſt pignori, ob dcecm minas.*
*Ædiculæ item, ob decem alias.*

¶ Pignus † itaque ſeu hypotheca, eſt res obligata pro debito. Ce- 5
terum quotuplex ſit, res, perſonas, formam, cuius generis concontractus, actionem, propter quid, & rationes conſideremus latius. Nihil autem pro ſubſtantia intereſſe docuimus, num res mobiles, vel ſoli vel ſe mouentes ſint, *l. 1. de prætorio pign. C.* ſed alioquin idoneas exigimus, quæ alteri obligari poſſint. Generaliter itaque diuiſionem vel pignoris diſtinctionem tradamus, & poſtea materiam, & formam, & reliqua cuiuſque. ¶ Pignus, † aut 6
prætorium, aut teſtamentarium eſt, aut legale, aut conuentionale, *meminit de prætoria & iudiciali, l. 2. de prætor. pign. C.*

## De Prætorio & Iudiciali Pignore. Cap. 6.

Liber 8. C. tit. 22.

1. *Pignus prætorium duplex, prætorium & iudiciale, prætorium quid.*
2. *Prætorium duplex, coactionis & rei ſeruandæ cauſſa, horumque exempla.*
3. *Aliæ ſpecies prætorii pignoris pro rebus pupillorum locatis, & apotimita qui.*
4. *Iudiciale pignus quid, & rationes eius.*
5. *Quæ bona capi poſſunt in pignus rei iudicatæ, & quo ordine mobilia ſeu mouentia, immobilia & nomina capiantur.*
6. *Quæ bona clerici poſſunt pro pignore iudiciali capi.*
7. *Qua praxi capi debent pignora pro debito vniuerſitatis vel collegii.*
8. *Ordo & praxis capiendi pignora iudicialia & prætoria a priuato, vel per viam actionis, vel per exſecutionem.*
9. *Exſecutioni factæ vi ſigilli regii opponuntur tantum tres exceptiones ſolutionis. falſi. pacti de non petendo, rei iudicatæ.*
10. *Mortuo debitore obligato ſigillo regio, non fit exſecutio contra heredes, via exſecutionis obligationis.*
11. *Forma pignoris capiendi ex cauſſa iudicati, vel obligationis debiti.*
   Garnir la main de l'executeur *quid.*
12. *Ex Idiochiro, ſeu Chirographo poſt verificationem, locus ſit pignoribus, vide & 14.*
13. *Quis Iudex competens in recognoſcendo chirographo.*
15. *Pignus in cauſſam iudicati captum, auctoritate iudicis vendendum.*
16. *Forma & praxis Galliæ pignorum capiendorum & vendendorum.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

17 Opp ſition aux fins de diſtraire, & aux fins d' hypoteque
*quid.*
18 *Qui in Licitatione admittuntur, prius eligere* **debent** *procurato-*
*res in ſede iudicii, & domicilium, aliter auctio illorum non ad-*
*mittitur.*

1 PIgnus† prætorium diducitur in pignus proprie prætorium, &
2 iudiciale, *l. 2. de præto. pignor. C.* Prætorium eſt, quod datur a iu-
dice ante rem iudicatam coactionis, vel rei ſeruandæ cauſſa: vel-
uti vt cogatur dominus ædium ruinoſarũ cauere de damno infe-
cto, alioquin aduerſarius vicious qui petit mittatur in poſſeſſio-
nem, ex primo decreto pignoris cauſſa, *l. 4. §. ſi intra. de dam. infect.*
*P. lib. 39. P tit. 2.* Si reus in ius vocatus contumax ſit, captis pigno-
ribus venire cogitur, *titu. de eo qui mittit. in poſſeſſio. bon. rei ſerua.*
*cauſ. lib. 2. Decre. tit 15 c. contingit, ca. 9. de dolo & contuma.* Sic bo-
na P. Quintii cum abſens non defenderetur, iuſſit Burrienus præ-
tor a Næuio poſſideri, *Cicero pro Quintio.* Erat enim, & nunc eſt
ſpecies coactionis quæ fit captis pignoribus, dicebant antiqui co-
ercitionem captis pignoribus. Sic Cicero, Philippus, inquit, gra-
uiter exarſit, pignoribuſque ablatis, Craſſum coercere cœpit, *Ci-*
*cero 3. de Orator.* Meminit & Dio Caſſius, captis pignoribus, olim
ſenatores in curiam, venire coactos, *Dion Nicæus, lib. 54.* Formu-
lam edicti prætoris recenſet Cicero hanc, his verbis conceptam:
Cuius ex edicto prætoris latitantis bona, per triginta dies poſſeſſa
eſſent, is reuerſus poteſt, ſi edictum iudici poſtularet, & admitti ad
rem defendendam, eum prius iudicatum ſolui ſatiſdare oportere,
*Cicero pro Quintio.* Vlpianus autem ſic: Prætor ait, qui fraudatio-
nis cauſſa latitat, ſi boni viri arbitratu non defendatur, eius bona
poſſideri vendive iubebo, *Vlpian. in l. Fulcinius, 7. §. prætor ait, qui.*
*ex cauſ. in poſſeſſ. eat. lib 42. P. titu. 4. vbi & per §§. ſequ. explicantur*
3 *verba prætoris.* ¶ Alia † forma: Prætor ait, in bona eius qui iudicio
ſiſtendi cauſſa fideiuſſores dederit, ſi neque poteſtatem ſui faciat,
neque defenderetur, iri iubebo, *l. 2. eod. tit. quibus ex cauſ. in poſſ.*
*eat.* Ita cauſſæ ſunt, ex quibus in ſumma, vt ait Vlpianus, *l. 1. eod. tit.*
in poſſeſſionem mitti ſolet: rei ſeruandæ cauſſa, *vide §. ſi vero, de*
*exhi. reis, l. 2. §. ſed ſi hoc, de his qui ad eccleſ. confu. l. 1. & fina. de eo qui*
*mit. in poſſ. cauſ. rei ſeruandæ.* legatorum ſeruandorum cauſſa, *l. cer-*
*ta, C. vt in poſſeſſio. lega. l. quamuis, eo. ti. in P.* & ventris nomine, *titu.*
*de vent. in poſſeſſio. mitten.* & damni infecti cauſſa, *d. l. 4 § ſi intra, de*
*damno infect.* ex Carboniano, *tit. de Carbonia. edict. P.* Erat præto-
rium etiam aliud pignus, dum qui pupillorum rem familiarem a
prætore conducebant, pignora locationis iis quos mittebat ille
exhibebãt, qui & ἀποτιμηταὶ, id eſt, *æſtimatores* dicti, vt etiam de do-
te vxoribus cauebatur, ædibus aut fundis tanti pretii appoſitis,
4 *Suid. in verb. ἀποτιμηταὶ.* ¶ Iudiciale † pignus eſt, quod poſt rem iu-
dicatam capitur exſequendæ ſententiæ cauſſa, & contumace ex-
ſiſtente in ſoluendo damnato, *l. a diuo Pio, 15. §. in venditione, de re*
*iudic. in P.* Idemque operatur in conſtituendo pignore iudicis au-
ctoritas, quod in conuentionali contrahentium conſenſus, *l. 1. C.*
*ſi in cauſſam iudic. pignus cap. ſit.* Nec mirum eſt, ſi magiſtratus poſ-
ſit pignus conſtituere, cum & quilibet in teſtamento id facere
poſſit, *l. non eſt mirum, 26. de pign. actio. in P.* cumque nec priuatis
quibuſcunque ſine iuſſu iudicis liceat capere pignora inuitorum,
5 *l. nominatori, 11. de pigno. C.* ¶ Capiuntur † iſtius pignoris nomine
iure ciuili, primo mouentia, dehinc ſe mouentia, tertio immobi-
lia, quæ ſoli ſunt, & his ſolutioni non ſufficientibus, nomina, *d. §.*
*in venditione, l. a diuo Pio,* poſtquam monitio verbalis præceſſerit
tamen, & iudicis iuncta fuerit auctoritas, non aliter vt ſæpe iudi-
catum, *Pap. lib. 18. Rhapſo. areſt. tit. 5. areſto. 23. & 25.* & vt iura quo-
que ſtatuunt, *l. exſtat. quod metus cauſ. in P.* In Gallia tamen mobi-
lium non fit perquiſitio, nec ſeruatur ille ordo, ſed quibus ſibi ci-
tius putat pecuniam confici debitor, ea auctoritate iudicis per ap-
paritorem capit, vt diſtrahantur, *conſtitut. regia Franciſci I. anno*
*1539. art. 74.* eademque auctoritate & nomina capit, & ſequeſtra-
ri procurat debitum debitoris ſui apud debentem, & eo vocato
& confeſſo ſe eſſe debitorem, petit a iudice banniri pecuniam, &
6 bannitam in iudicium deferri & ſibi dari. ¶ Placuit † aliquando
ex conſtitutione Philippi Pulcri, clericorum cælibum bona mo-
bilia non poſſe venire in pignus iudiciale, vel exſecutionem in il-
lis non fieri, ſicut nec in animalibus eorum quibus vtuntur, vel
ex quibus vtilitatem quandam percipiunt, quod hæc bona anne-
ctantur eorum perſonis, & ita priuilegiata ſint, *cap. eccleſiarum*
*ſeruo. 12. quæſt. 2. glo. in c. fin. de vita & honeſt. clerico. ita iudicatum*
*areſto Pariſienſi 1543. vltima Iunii ſcribit Pap. lib. 18. Rhapſo. areſt. ti.*
*5. areſto 7.* Poſſunt nihilominus eccleſiaſticarum perſonarum bo-
na temporalia capi pro debitis illarum, vt fructus pendentes, re-
ditus, & prouentus ſacerdotiorum nondum percepti, *c. olim, de re-*
*ſtit. ſpol. c. peruenit, de fideiuſſ.* ſubducto eo quod alimentis illorum
neceſſarium eſt, ne egeant. Et ita iudicatum ſeptimo Februarii,
1510. a ſenatu Pariſienſi: cui tamen placuit, fructus beneficiorum
perceptos, inter mobilia clericorum priuilegiata, intacta a pigno-
re debiti eſſe debere 10. Decembris, 1513. *refert Papus, lib. 18. Rha-*
*pſo. areſtor. tit. 5. areſt. 14.* ¶ In † debitis per corpus aliquod vniuer- 7
ſitatis, puta ciuitatis aut municipii, exſecutio ordine hoc fit: vt pri-
mum adminiſtratores eius, cõſules ſeu decuriones, aut exactores
interpellentur & moneantur ſoluere ex bonis vel pecuniis com-
munibus. Quod ſi inficientur, vel dicant, non eſſe huiuſmodi bo-
na, apparitor ex auctoritate iudicis iubet & imperat per ſyndicos
aut conſules imponi & exigi ſummam, petitam a ſingulis eius v-
niuerſitatis intra certum tempus, cum hac interminatione, vt ſi
non impleuerint iuſſa, futurum vt propriis bonis, & perſonis ipſi
luant, cum regreſſu tamen indemnitatis in reliquos, ſi viſum illis
ita fuerit, *hæc praxis Galliæ hauſta ex l. ſi ſe non obtulit 4. §. actor, de re*
*iudica. in P. l. 1. §. quod ſi nemo, iuncta glo. in verbo proconſul. quod cu-*
*iuſque vniuerſita. in P. & ita iudicatum in ſenatu Pariſiorum, anno*
*1525. 11. Decemb. vt refert Papus vbi ſupra, areſt. 20.* Generaliter pri-
mum debitores de ſoluendo interpellandi, poſtea hypothecaria
vtendum, *l. debitores, 10. C. de pig. §. enimvero, in Nouella conſtitut.*
*4.* monitio enim fere litem omnem præcedere debet, *l. quidam*
*Iberus, de ſeruitu. vrb. prædio. P.* ¶ In † debitis perſonarum ſingula- 8
rium, creditores proſequuntur repetitionem, vel per viam actio-
nis perſonalis, interdum per viam exſecutionis, *l. diſtractis, 14. iun.*
*auth. ſeq. C. de pign.* quæ ratione obligationis hypothecæ nomine
fit, dum contrahendo quis ſe ſubiicit ſigillis regiis, ex quorum au-
ctoritate, ſigillo impetrato, debitor interpellatus vel ſoluere de-
bet, vel pignora dare, non habita ratione propoſitæ exceptionis,
qua non obſtante, & ſine præiudicio illius, ſuo loco diſcutiendæ,
tenetur dare pignora antequam audiatur, vel mobilia vel immo-
bilia: neque aliæ obiici poſſunt exceptiones, quam ſolutionis, fal-
ſitatis inſtrumenti debiti, pacti de non petendo, *in 1. parte ſtyli par-*
*lamenti, titulo de actio. perſonali,* rei iudicatæ, *Paul. Caſtr. in l. 1. de re*
*iudic. C.* ¶ Si † tamen moriatur debitor obligatus ſub ſigillo regio, 9
creditor non poteſt vti via exſecutionis contra heredes eius, ſed
debet actionem perſequi, via actionis perſonalis, & iudicio ordi-
nario, *in dicto ſtylo Parlament. & tit. de actio. perſon. §. item ſi mortu-*
*us ſit, Chaſſaneus in §. 3. ad verba, quand ils ſont mis, verſi. & non eſt*
*dubium, titu. des rente vendues a rachapt. in conſuetu. Burgundiæ.*
¶ Nam † nec venditis obligatis rebus exſiſtentibus penes tertios 10
poſſeſſores, non fit hypothecaria exſecutio, niſi diſcuſſo principa-
li & interceſſore, *authen. hoc ſi debitor, de pigno. C. § ſed neque, de fi-*
*deiuſſ. in authen. l. Moſchis, de iure fiſc. P.* & niſi litigioſa res ſuper
hypotheca vendatur, *l. diſtractis, & auth. hoc ita, C. de pign.*

¶ Forma † pignora capiẽdi, vel propter obligationem, vel pro- 11
pter iudicatum fere eadem eſt: niſi quod ex lege dicta in inſtru-
mento obligationis capi oporteat: ſic enim traditum eſt, obliga-
tionis inſtrumenta authentica ſub ſigillo regio confecta, & publi-
ca, habere paratam exſecutionem, vt per ea præcipi poſſit per ap-
paritorem debitori, vel ſoluere, vel pignora, *Paulus Caſtrenſis con-*
*ſilio 67. in antiquis,* dare, vocant *garnir la main de l' executeur,*
non obſtantibus oppoſitionibus aut appellationibus quibuſcun-
que, ſine præiudicio tamen earum, *conſtitutio. Caroli octaui, artic.*
*54. Franciſc. 1. in pub. anno 1539. 5. art. 65. & 66. vide Rebuff. in 1. par-*
*te commentariorum, ad regias conſtitutiones, titu. de literis obligato-*
*riis, quid authenticæ rationes, in l. Pomponius, fami. erciſ. P.* ¶ Exigi-
tur † autem exſequendi licentiam ex contractu ſigillatam eſſe, a- 12
lioquin nulla eſt exſecutio, ſi vi ſigilli fiat. Quod ſi de idiographo
ſeu chirographo agatur, eo agnito, vel ſi pro agnito habeatur, pri-
ma vocatione debitore non comparente, poteſt fieri iniectio ma-
nus in pignora auctore apparitore, ſi modo coram iudice compe-
tente agnitio, vel contumacia fiat: ab eo enim die qua pro agnito
habetur, inducitur ius hypothecæ contra debitorem, *in conſtitu-*
*tio. Franciſc. 1. edita 1539. articulo 91. & 92. & 93. & ſic verum quod*
*dicitur, in rubr. etiam ob chirographariam pecuniam pignus teneri*
*poſſe, lib. 8. C. tit. 27.* ¶ Contra, † ſi fiat agnitio vel vocatio & contu- 13
macia coram iudice incompetenti, placuit ſenatui Pariſienſi 20.
Nouemb. 1533. quod intellige de incompetentia omnimoda, vt
quod clericus vocetur coram laico iudice, vel contra: alioquin
laicus coram quocunq; iudice laico, ſi in eius territorio compre-
hendatur, vocari poteſt, vt agnoſcat, vel inficietur chirogra-
phum, *in d. conſti. Franciſ. 1. art. 92.* ¶ Chirographum † tamẽ quod 14
quis coram ſuo iudice etiam eſt inficiatus, non inducit pigneran-
di ius,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diius, quamuis ex comparatione literarum, vel teſtibus creditor intentionem ſuam docuerit, vt dictum areſto ſenatus Pariſienſis 9. Decembris, 1539. *Notat Rebuffus in ſcholiis ad tomum 2. ordinationum titulo des recognoiſſances de ſedules, in art.* 1. quia chirographarii creditores non habent hypothecæ ius, *l. cum ibi*, 10. *qui po-*
15 *tior. in pign. habeantur, C. lib. 8. titu.* 1. ¶ Pignus † in cauſſam iudicati captum, non per creditorem, ſed per iudicem, publica licitatione venditur, nec creditoris arbitrio conceditur, *l. 2. & 3. ſi in cauſſam iudica. pign. captum ſit, lib. 8. C. titu. 28. l. 4. ſi ex vento aga. C.* Poteſt tamē creditor cum ceteris ad licitationem admitti, & vt alius quilibet emtor addictione pretii certare, *dicta l. 2. & 3. ſi in cauſ. iudicati.* quemadmodum & pignora capta ei addici poſſunt, ſi non inueniant emtorem, *l. a diuo Pio, §. ſi pignora, & §. ſi poſt. de re iudic. P. dicta l. 3. ſi in cauſ. iudic. C.* At poſt venditionem iudicialem, ſequitur iuris dominii impetratio, per decreti iudicialis interpoſitionem, data aliqua dilatione debitori, intra quam poſſit rem venditam immobilem ſoluendo repetere, *l. 1. & 3. de iure domi. impetr. lib. 8. C. titu. 34.* hacque impetratione & decreto dominii fit translatio in emtorem, *Vlpia. in l. magis puto, 5. verſi. ſi pupillo, de rebus eorum qui ſub tutel. lib. 27. P. titu. 9.* Qua ſolemnitate etiam venduntur pignora conuentionalia ex auctoritate iudicis, quam nec debitor, niſi integrum debitum ſoluat, impedire poteſt, *l. 1. & 2. debitorem venditio. pignor. imped. non poſſe. lib. 8. C. tit. 29.* ſi tamen antea monitus fuerit, & dies debiti ceſſerit, & venerit, *l. 4. & 5. de diſtract. pignor. in P.*

16 ¶ Exigitur † & miſſio in poſſeſſionem emtori, alioquin *l. qui prædium, 13. de diſtract. pignor.* nullam in rem actionem habet. In Gallia cum plures fraudes in his vendendis pignoribus committerentur, ex conſtitutione regia Henrici ſecundi, anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo, 3. Septemb. *in conſtitutione Henrici 2. du reglement ſur le faict des criees & decretz*, forma pignorum capiendorum & vendendorum edita eſt, cuius ſumma hæc ſunt capita. Primum, vt apparitor ſeu hoſtiarius qui pignora immobilia capit, & notat in vim obligationis debiti, vel ob rem iudicatam, in locum quo ſitæ res ſunt, perueniat: & dum proclamat licitationes primas iure prioris haſtæ, nominatim & ſigillatim exprimat, in illis res proclamatas & proſcriptas, earumque limites, cenſus vicinos, clientelarii dominii iura, *hæc pertinent ad rerum certitudinem, l. forma cenſuali. de cenſibus, P. & ad bene definiendam emtionem, l. 1. §. venditor. & l. 2. & l. 4. § fina. de actio. emti. P. lib. 19. tit.* 1. Secundo captis pignoribus, apparitor conſtituit adminiſtratores ſeu curatores bonis, qui ea regant, *excerptū ex l. 2. de curat. bon. dan. lib. 42. P. tit. 8 conſentit & conſtitutio regia Franciſci 1. anni 1539. articu. 77. quæ vult curatores dari ſtatim prehenſis, nulla habita ratione contrariarum conſuetudinum*, alioquin irrita & nulla dicenda eſt captio, & quæ poſt eam ſequuntur: ſiquidem præfecti illi ſeu curatores bonorum, excurrente ſubhaſtationis mora, donec ad decretum translationis dominii faciendum emtori peruentum fuerit, ex officio fructus locant cum licitatione idoneis, quos nec domini rerum, vel creditores interim a poſſeſſione deturbare poſſunt, alioquin turbantibus pœna imminente rebellium iuſtitiæ, & confiſcationis bonorum *priuationem iuris proprii, & mulctam indicit Franciſc. 1. dicta conſtitut. articu. 78. turbantibus ſequeſtrum, vt ſupra diximus c. 3. dum de ſequeſtro egimus.* Hæc captio pignorum iure exſecutionis fit, non obſtantibus exceptionibus, vel appellationibus quibuſcunque, vt paulo ante in pignore ratione exſecutionis pro chirographi debito dictum eſt, ſine tamen earum præiudicio: quia meri apparitores ſeu exſecutores, cauſſæ cognitionem non habent vllam, quæ penes mandantem exſequi retinetur, *l. ſi vt proponis. C. de exſecutio. rei iudi. c. ſuper quæſtionem, §. nos autem, de offi. delegati. c. paſtoralis. §. ſi vero, eod. tit.* ideo ab hoc exſecutore non appellatur, niſi mandatum excedat, *l. ab exſecutore, C. quorum appellatio non recip.* Obſeruandi itaque modi in quibus excedere dicatur, *modos quib. excedi poteſt, tradit glo. in c. quod ad conſultationem, de re iud. infr.* Ideo contra hanc exſecutionem, per viam recurſus ad iudicem procedendum erit, *d. l. ſi vt proponis.* Et ſi appellatione interpoſita, excedente apparitore, is non deſiſtat ab exſecutione quæ per iudicem poſtea, ea facta, reparari nequiret, licet exſecutori impune reſiſtere de facto, *l. prohibitum, de iure fiſc. C. lib. 10. c. ex literis, de offic. delega. c. ſi quando, eo.* Tertio oblatione mobilium, vel captione, vel proſcriptione immobilium ſic facta, proclamata & deſcripta, operæpretiū eſt pro ianuis eccleſiæ parochialis eius loci vbi ſitæ res ſunt proponi programma ſeu exemplar licitationis præcedenti forma factę: & ſi res in diuerſis parœchiis ſitæ ſint, præfigere & ſingulis, *ſic olim & programmata rerum vendendarum per prouincias mittebantur, Ioan. Faber in l. ſi eo tempore, 6. de rem. ſſ. pig. C. l. 3. de iure domin. impet. C.* Quarto ante proclamationes ſeu proſcriptiones, apparitor inſignia lilata, ſeu vela regia, *apud antiquos locus æri alieno obſtrictus, ſignabatur lapide vel columna, Iulius Pollux lib. 3. Onomaſt. c. 9.* imponet rebus captis & proſcriptis, quo proſcriptio palam ſingulis ſit, idque ſe feciſſe, actis ſuæ exſecutionis teſtato inſerere debet, idq; alii quam apparitori non licet, *l. 1. & 2. & rubr. vt nemini liceat ſine iudicis auctorit. ſigna reb. alien. imponere lib. 2. C. tit. 17. l. 1. & 2. vt nem. priuat. tit. præd. ſuis eo. lib. d. C. tit. 16. l. ſi vitem, in fi. §. ſi ad ianuā, quod vi aut clam, in P. lib. 43. tit. 23.* Quinto ſubinde ſingulis diebus dominicis, dum e ſacris, ſolemnibus abeunt parochiani, in atrio vel in valuis eccleſiæ repetuntur per præconem licitationes, pro more regionum, *Ioa. Faber, in l. 1. de ſacroſan. eccleſ.* Sexto ſuo ordine, & ex more, probe decurſis & peractis haſtis, *l. 1. & 2. de fide inſt. lib. 10. C. tit. 3.* cum auctionibus poſtremis, quæ geſta recte in his ſunt, ſeu certificatio proſcriptionum apud iudicem, in cuius territorio fiunt, eo ſedente pro tribunali palam perlegūtur & homologatio fit, *homologatio ſeu certificatio quod ſubhaſtationes factæ ſunt ſecūdum mores regionis, fiunt coram loci iudice, qui pro tribunali examinat præſentes aduocatos, num ex conſuetudine recte facta ſint, & poſtea id teſtatur vel certificat ſumtum ex l. in ſacris, §. exceptorib. de proximis ſacro. ſcrinio. li. 12. C. Bar. in l. 3. de teſtib. in P.* Dehinc vocatur dominus & proprietarius rerum, vt interſit decreto interponendo, poſtulato per creditorem, lectione apud mandantem
iudicem, *argum. l. de vnoquoque, de re iudic. P.* peracta. ¶ Et † tunc 17
interceſſiones, ſeu oppoſitiones, vel exceptiones aduerſus proſcriptiones examinantur, quarum fines docere, aut res diſtrahi nō poſſe, intercedente excipiente pro dominio & proprietate vocāt *oppoſitions aux fins de diſtraire, iuxta l. ſi eo tempore, de remiſſio. pig. C.*
id eſt, quibus obiiciuntur cauſſæ, † per quas res diſtrahi, etſi pro- 18
ſcriptæ, non poſſunt: vel vt doceant prædia obnoxia cenſibus & reliquis, *iuxta tit. ſine cenſ. & reliq. fun. compara. non poſſ.* vel peccatum in forma proſcriptionis, vocant *nullités d'incantz.* Quæ interceſſiones, ante decreti interpoſitionem deciduntur vt præiudiciales. Septimo his exceptionibus proprietatis cenſus, & nullitatis compoſitis, eodem iudicio quo componuntur, ſtatuitur futurum poſt quatriduum proximum decretum ad iudicandum, ea lege & exceptione quod notio erit, iuſque reddetur & diſcuſſio fiet de aliis exceptionibus oppoſitis, ſeu de aliis oppoſitionibus, vt dicunt pragmatici, ratione hypothecæ prioris, ſi qua ſit, vel alterius debiti actionis perſonalis. Octauo poſtquam omnia, iudice ſedente pro tribunali, tempore actionum forenſium perlecta fuerint, quæ in proſcriptione, ſubhaſtatione & addictione continentur, eadem debent pro foribus auditorii eius curiæ figi, & inibi per quindecim dies cōtinuos remanere immota, *in rebus eccleſiæ, iure per dies 10. res debent palam proſcribi venales auth. hoc ius porrectum, de ſacroſ. eccl. C.* vt pateat cuilibet adhuc licitandi & adiiciendi pretio licentia: nam poteſt qui amplius adiicere cupit, in officina actuarii vel amanuenſis eius curiæ qui adiudicauit pretium augere, isque præfertur vltimo antea licitanti, dummodo ei ſuam auctionem ſignificauerit: vel eius procuratori, *addictio quippe, antequam programma proponatur publice pro foribus curiæ in diem adiectio videtur, & cum cōditione niſi alius intra 15. dies meliorem conditionem obtulerit, l. 1. de in diem addictio, lib. 8. P. tit.* 1. Atque qui intra hoc tempus licitatione & addictione vicerit emtor, pretium tenetur deponere & conſignare penes eum quem creditores qui proſcriptionem & diuenditionem proſequuntur, vel maior pars eorum, pro modo quantitatis, *iuxta l. 2.*
*de curator. bon. dand. in P.* debiti, elegerint. ¶ Nono † ea ratione, 19
licitatores, licitando eligere tenētur procuratorem in ſede iudicii, apud quem domicilium eligant, aliter illorum non recipitur licitatio vel auctio, *res enim per oblationem ſecundi adiicientis liberatur qui primus obtulit. Bart. in l. licitatio. 9. de publica. P. per l. Sabinus, 12. de in diem addict. niſi ſecundus procuratorem dederit: puto enim tunc primum liberatum, ſi illi ſignificatum fuerit, per l. Valerianus, 10. de prætor. ſtipul. l. ſtipulatus eſt opus, de fideiuſſor. l. cum plures, §. lege dicta loca. ſi venditio perfecta fuerit, perfectis ſubhaſtationibus per addictionem in diem: nam ante addictionem æquius puto ſecunda adiectione pretii inter licitandum primam tolli, etſi ſecundus non ſit ſoluendo, poſtquam ad licitationem admiſſus fuit ſecundus.* Decimo ſtatutum eſt, vt res diuenditæ addicantur vltimo licitatori, *l. ſi tempora. C. de fide inſtrumen. & iure haſtæ fiſcal. libr. 10. C.* cum onere cenſus, *ſi res tranſit cum onere cenſus, l. nemo, & toto tit. ſine cenſ. & reli. fun. compar. non poſſ. C. l. alienatio. 67. de contrah.*

*emt.in P.l.traditio.de acquir.rer.dom.P.l.nemo,de reg iur.P.* Vnde-
cimo vt qui ſibi ius reliquorum prætendit in centu, eſſe ex rebus
ſub haſta diuenditis, vel aliud ( præter dominicale quod vocant
*foncier*, vel patronatum, quib.nullum fit venditione præiudiciũ,
*d.l.nemo.* ) teneatur ſe venditioni obiicere, *duabus enim maxime
rationibus l.belli proponuntur rerum diuendendarum publico loco,cũ
vt facilius inueniatur emtor,tum etiam,vt ſi res quæ vendi debet,fue-
rit alicui adſtricta,cognoſcatur,iſque venire admoneatur exceptiones
ſuas allegaturus,ſunt enim exceptiones arma reorum,l.1.& 2.de excep.
§.1.eo.ap.Iuſtin.quib.priuari non debent,vtpote iure naturali conceſſa
defenſione,l.vt vim,de iuſt.& iur.P.l.1.C.vnde vi.* Duodecimo cau-
tum,vt qui intercedunt pro impedienda diſtractione,quod ſuam
rem dicant,vel cenſum ſibi deberi, vel nullas eſſe ſubhaſtationes,
probent de iure ſuo inſtrumentis authenticis, vel, ſi vti velint te-
ſtibus,intra tempus illis conſtitutum faciant,(*opponens exſecutioni
ſententiæ,non differt exſecutionem niſi ſtatim doceat de iure ſuo,capi.
veniens extra,de teſtibus,l.ſi.in ſi.C de compenſationibus,l ſin.in ſi.de
ordine cognitionum.*) alioquin interpoſito ex præcedenti formula
decreto,non admittũtur.Et ſi in probatione propoſitæ exceptio-
nis defecerint,ob moratum decretum,mulcta 30.librarum Pari-
ſienſium erga fiſcum damnandi erunt, *Conſtitutio regia Franciſci
I.anni 1539.ar.80.ſtatuit iis mulctam ſimilem ei,quæ indicitur teme-
re appellantibus in curiis ſupremis,& inferioribus ſubſelliis, 20.libra-
rum,vel maiores arbitrio iudicum.* Qui ſe obiicit exſecutioni,dicẽs
rem ſuam eſſe,ſi non poſſideat,tenetur probare *glo.in l.1.de priui.
fiſc.C.l.2.C.ne vxor pro mari.* quod ſi poſſideat,exſequentis proba-
tioni eſt onus, *glo.in d.l.1.de priuil fiſc.& d.l.2.ne vxor pro marit.l.a
diuo Pio,§.ſi ſuper rebus, & ibi Bar.de re iud.P.*

## De pignore teſtamentario. Cap. 7.

1 *Res teſtamento in pignus dari poteſt.*
2 *Legatarii & fideicommiſſarii habent hypothecariam in bona de-
functi.*

1 REm † in pignus teſtamento dari poſſe, dubium non eſt, *l.nec
mirum de pig.act.P.* vt ſi teſtator leget annua alimenta, & ſta-
tuat,vt pro illis ſint obligata certa prædia, *l.Lucius Titius,12.de a-
limen.& cibar.lega.* Nec dubium eſt,heredem ea oppignoratione
conſtringi, quando aditione hereditatis videatur contrahi cũ de-
functo,*l 3.§.ſi.& l.4.qui.ex cauſ.in poſſeſſio.ea.P.§.heres quoque, de
oblig.quæ ex quaſi cõtract.* & contractu pignus recte fiat, vt poſtea,
2 Deo fauẽte,dicemus.Hinc † fit etiam,vt legatarii & fideicommiſ-
ſarii poſſint quoque vti actione Seruiana & hypothecaria,pro his
quæ teſtamento illis fuerunt relicta,ex tacita hypotheca,quæ po-
tuit a lege induci,vt expreſſa in teſtamento,*l.1.C.commu.de lega.*

## De Pignore legali,& de tacite in pignus venien-tibus. Cap. 8.

Lib.20.P.titu.2. Lib.8.C.tit.15.

1 *Lege ſtatuente quædam tacite obligantur: pro cenſibus obligatur
res. eod.*
2 *Inuecta in prædium pro penſione.*
3 *Tacite obligata eſt domus pro pretio refectionis eiuſdem.*
4 *Qui vxorem ſecundo matrimonio ducit, non redditis tutelæ fi-
liorum rationibus, ſua hypothecæ ſubiicit pro eadem.*
5 *Vxoris bona obligata pro primipilo mariti.*
6 *Obligantur tacita hypothecæ nomine,& pro dote, tutela, pro con-
tractu fiſci.*
7 *Clauſula obligationis præſentium & futurorum bonorum omiſſa,
pro expreſſa habetur.*
8 *Alii caſus in quibus fit tacita rerum obligatio, quindecim nu-
mero.*

1 TAcite,† id eſt,ſine expreſſo conſenſu,quædam in obligationẽ
pignoris aliquando veniunt, lege ſic decernente, *l.1. commu.
de lega.C.* vt primum, pro cenſibus & tributis bona debitorũ cen-
ſentur tacite obligata, *l.2.in quib.cau pign.vel hypoth.taci.contrah.
C.l.1.C.ſi prop.public.penſitatio.vendi.fue.celeb.lib.4 C.titu.46.* Se-
2 cundo † illata in fundum vrbanum, tacite obligantur pro penſio-
ne hypothecæ nomine, & pro rei damno, *l.4 de pact.P.l.2 3.4.in
qui.cauſ pign.vel hypoth.ta.contrah.in P.l.ſi non inducta,& l.fi.C.eo.
ti.* videlicet quæ viis perpetui cauſſa illata ſunt,non alia, *l.ſolutum
non videtur,11.§.plane,de pign.actio P.l.debitor pactus eſt.32.de pig.
P.* nec ea quæ inuecta ſunt in prædium ruſticum, quæ hypothe-
cam tacitam pro penſione locationis prædii eius non admittunt,
*l.1.in quibus cauſ.pign.vel hypoth.tac.contrah.in P.* niſi cum diſtin-
3 ctione leg.certi iuris,l.15.de loca.C. Tertio † qui mutuat in refe-
ctionem domus, eam ſibi tacite hypothecæ nomine obligatam
habet, *l.1.in quibus cauſ.pig.vel hypoth.tac.contrah.P.* Quarto † qui 4
vxorem ducit tutricem filiorum prioris matrimonii,non redditis
rationib.eorum, pro ratiociniis eius hypothecæ bona ſua ſubiicit
tacite, *l.ſi mater legitima,6.C.in quib.cauſ.pig vel hypoth.tac.contra.
l.omnem matri.ad ſena.Tertu.C.* Vt † quinto contra, vxoris bona 5
pro obligatione primipili mariti, hypothecam tacitam ſubeunt, *l.
ſatis notum C.in quib.cau.pign.vel hypo C.l.fin.de primip.lib.12.C.* Et
item ſexto, res mariti tacite lege obligata pro dote vxoris, *l.aſſi-
duis,qui potior.in pig.habean.C.l.vnica,§.1.de rei vxoriæ acti.C.* Se-
ptimo hypotheca tacita in tutelis, *l.pro officio,20.de adminiſtrat.
tut.lib.5.C.tit.37.* Octauo † qui cum fiſco contrahit, bona veluti 6
pignoris titulo obligat,quamuis ſpecialiter id non exprimatur, *in
l.2.C.in quib.cauſ.pign.vel hypo.taci.contrah.l.2.& 3.de priuil.fiſc.C.*
non idem tamen,ſi quis contrahat cum ciuitate,vel municipio, *l.
ſimile,10.ad municip.P.* ¶ Hoc † tamen notandum eſt nono loco, 7
conſuetudinẽ eſſe in omni inſtrumento obligatorio,apponi clau-
ſulam hypothecæ omnium bonorum,præſentium & futurorum:
quamobrem & hodie ſi incuria omiſſa fuerit tabellionis, pro ex-
preſſa habetur, *Cæpoll.in l.quod ſi nolit §.quia aſſidua.per illum tex.
colum.3.verſ.vltimo,per iſtum text.de ædil.eds.latius & de hoc Nico-
laus Boerius,q.182.nu.54.* ¶ Decimo † in prædiis ruſticis fructus qui 8
ibi naſcuntur, tacite intelliguntur pignori eſſe domino fundi lo-
cati,etiamſi nominatim id non conuenerit, *l.in prædiis,7 in quib.
cau.pign.vel hypo.tac.cont.P.l ſi in lege locationis,27.§.pri.& l.qui fi-
deiuſſor.55.loca.in P.lib.19.tit.2.* Vndecimo venditor pignoris lo-
co quod vendidit retinet, quo ad emtor ſatisfaciat, *l.quod ſi nolit,
31.§.idem Marcellus,& l.illud,29.de ædil.edict.P.l.Iulianus,§.offer-
ri,de act.emt.P.* Duodecimo pignoris quoque loco rem commo-
datam cõmodatarius retinet,pro impenſis in eam factis, *l.credito-
ris,15.§ fin.de furt.lib.47.P.tit.2.* Decimotertio qui obligat inſtru-
menta emtionis,ipſas res emtas obligare videtur, *l.2.C.quæ res pig.
oblig.poſſ.tit.17.lib 8.l.1.C.de do.* Decimoquarto in pacto quod li-
ceat rem vendere,intelligitur facta obligatio hypothecæ, *l.credi-
tor,3.§.ſi.qui potio.in pigno.habe.lib.20.P.tit.4.* Decimoquinto bo-
na patris tacite obligantur pro aduẽtitiis filiorum, & eorum pre-
tiis:quamuis ei non imputetur ſi male illis vſus fuerit, *l.antepen.§.
ſi.& l.ſi.§.vbi autem l.pen.§.non autem de bon quæ liber.C.* Decimo-
ſexto tacite obligantur bona prælati vel præpoſiti pro male admi-
niſtratis eccleſiæ, *can.illud, 12.q.2.ca.lator.2.q.7.ca.ex præſentium,
de pig.* Decimoſeptimo ſi alicuius bona pro debito alieno eo in-
ſcio obligata ſint,& poſtea is fideiuſſit,tacite videtur ratam habe-
re obligationem:diuerſum autem,ſi poſtquam fideiuſſit,eo inſcio
res eius obligentur, *Marcel.in l.Pomponius,5.in quib.cau.pign.vel
hypo tac.contrah.P.* Decimooctauo pro bonis paternis quæ reſti-
tui debent filiis prioris matrimonii,tranſeunte matre ad ſecundas
nuptias, bona propria matris ſunt per legem ſuppoſita hypothe-
cæ, *l.hac edictali,§.omnib.de ſecun.nup.C.*

## De pignore conuentionali. Cap. 9.

Lib.20.P.tit.1. Lib.8.C.tit.14.

1 *Pignus conuentionale quid.*
2 *Pignus hoc duplex, tacitum & expreſſum.*
3 *Pignus expreſſum generale omnium bonorum: & ſpeciale aliquo-
rum.*
4 *Res quæ hypothecæ ſubiici poſſint, & quæ non.*
5 *Pignorari quando poſſint res eccleſiaſticæ.*
6 *Pignorari non poſſunt homines liberi pro debito.*
7 *Obſides tamen dari poſſunt.*
8 *Seruitutes oppignorari nequeunt vrbanæ aliæ poſſunt.*
9 *Res alienæ oppignorari nequeunt,niſi conditionaliter,ſi non ſuæ ſi-
ant,vel ſi dominus diſſimulet & permittat obligari.*
10 *Pignorari non debent,nec in pignus iudiciale capi poſſunt res agri-
culturæ deſtinatæ.*
11 *In generali omnium bonorum hypotheca, quæ excepta cenſentur,
arma non poſſunt obligari, eod.*
12 *Perſonæ quæ poſſunt hypothecæ nomine obligare , vel in pignus
dare.*
13 *Pignus quomodo contrahatur re.*
14 *In pignoris conſtitutione pactum admitti. vt ſi intra tempus debi-
tum non ſit ſolutum , iure emtionis poſſideatur.*
15 *Pactum legis commiſſoriæ in pignoribus improbatum.*
16 *Pure & ſub conditione pignus conſtitutum omnium , & aliquo-
rum bonorum.*
17 *Finis & rationes conſtitutionis pignoris.*

Conuen-

1 COnuentionale † pignus, res de qua inter debitorem & credi-
torem conuenit, vt ſit pro debito obligata, *l.2.quæ res pign.obl.
poſſ.C.l.pen.§.1.& l.contrahitur,4.de pig.in P.* niſi enim cautum de
hypotheca ſit in obligatione, vel pro cauto habeatur lege, vel ta-
cite, non venit hypotheca vel pignus: quemadmodum nec chi-
rographarii creditores, ob ſolam illam obligationem habere di-
cuntur hypothecam, *l.cum tibi,10.qui potior. in pig. habe. C.* vt ſu-
pra monuimus, *ſupra c.6.nu.12.in forma pignor. iudic.* ¶ Diuiditur
2 † hoc pignus in tacitum, & expreſſum. Tacitum, a lege ſubaudi-
tur, vel ex eo quod agitur inter contrahentes, vel ex eo quod a iu-
3 re definitũ eſt, vt ſuperiori capite docuimus. ¶ Expreſſum, † ver-
bis contrahentium declaratur, illudq; vel generale omnium bo-
norum, præſentium & futurorum, *l.1.de pig.P.& l.& quæ nondum,
eo.tit.l.fi.C.quæ res pig.obl.poſſ.* vel ſpeciale aliquorum, vt tractat. l.
fi.quæ res pign.obl.poſſ.C.

4 ¶ Ideoque † in primis res contemplabimur, quæ in obligatio-
nem pignoris ſeu hypothecæ veniunt. Et generaliter affirmatiue
omnes res quæ emi vendive poſſunt, pignori & hypothecæ ſub-
iici poſſunt, *l.ſed & quod ad eas res,9.de pign.P.* Quod negatiue ve-
rum non eſt: nam & res quæ vendi non poſſunt pignori & hypo-
thecæ obligari poſſunt aliquando: & in quorum finibus quis ra-
tione prohibitionis emere prohibetur, non prohibetur pignori
accipere, *l.in quorum,24.de pig.in P.* quando videlicet prohibitio
alienationis aliam cauſſam quam rem ipſam reſpicit, nam ceſſan-
te illa cauſſa ceſſat prohibitio, *c.cum ceſſante, de appe.* Aliter autem,
quando prohibitio rem ipſam conſiderat, ſtatuendum eſt: nam
tunc prohibitio venditionis ad pignorationem quoq; pertinet, *l.
fi.de reb.alien.non alie.C.* item ſi prohibitionis cauſſa, quę habet lo-
cum in emtione, locum etiam habere poſſit in pignore, *l.non licet,
de contrah.emt.P.iuncta l.1.§.eam rem, quæ res pign.oblig.poſſ.P.* Pro-
inde res quæ a commercio hominum exemtæ ſunt, vendique id-
eo nequeunt, neq; etiam pignorari poſſunt, veluti ſacræ, *l.1.§.eam
rem, & §.fi.quæ res pig.obli.poſſ.l.inter ſtipulantem, §.ſacram.de verb.
5 obli.l.ſancimus, de ſacroſan.eccle.§.ſacræ, de rer.diui.* Et ex concilio
Remẽſi cautum, ne quis calicem, pateram, veſtem, ſacerdotalem,
vel libros eccleſiæ, pignori ſubiicere poſſit laico, vel mulieri, *c.1.
de pign.lib.3.Decretal.tit.21.ca.eadem*, 10.q.2. vt iure ciuili, prohi-
betur oppignoratio rerum eccleſiaſticarum, *l.iubemus, & l.ſanci-
mus, & authen.hoc ius porrectum, C.de ſacroſ.eccle.d.§.ſacræ, de re-
rum diui.* excepta cauſſa neceſſitatis ipſius perſonæ quæ eccleſiæ
præficitur, ob quẽ poſſunt oppignorari eadem: & redimi debent
de fructibus eccleſiæ, vel a ſucceſſore in beneficio, vt notant Ioan.
And. & Panor. *in c.1.de pignorib.* vel ab ipſo curione, vel alia eccle-
ſiaſtica perſona quę oppignorauit, vel ab eius heredibus, ſi ſoluen-
do ſint, *c.3.de pig.* Quin & ob vrgentem neceſſitatem pauperum,
& adminiſtrorum, & captiuorum, non ſolum pignori dari, ſed et-
iam vẽdi poſſunt, *c.aurum,12.q.2.l.ſancimus, de ſacr.eccl.* cum per-
ſonæ ſint vaſa Deo ſacra quoque, 2.*ad Timo.2.& ad Ro.9.* & pre-
tioſiora vaſis inanimatis, *d.l.ſancimus*, templa Spiritus ſancti, 1.*ad
Cor.13.* portantes theſaurum in vaſis fictilibus, 2.*ad Cor.4.* Et ita
iudicatum ſolemni ſenatusconſulto, conuocatis in vnum decuriis
ſenatus, Pariſiis 7.Septemb.1548. in pignore calicis etiam a mona-
cho dato ſorori ratione mutui centum aureorum, quod abbas,
mortuo monacho, qui exuuias monachorum iure percipiebat,
non reſtituto mutuo repetere volebat: placuit autem, non prius
calicem reſtituendum, quam mutuum exſolueretur, *refert Papus,
6 lib.1.Rhapſo.areſto.tit.1.areſt.8.* ¶ Et † quia in commercio liberi
homines non ſunt, *d.l.inter ſtipulantem, §.ſacram.de verb.oblig.P.*
neque illos in pignus dari poſſe manifeſtum eſt, vt creditorib.ſer-
uiant, *c.2.de pig.l.qui filios, quæ res pign.oblig.poſſ.C.l.ob æs alienum,
12.de actio.C.* & qui ſcienter in pignus eos acceperit, debito cadit,
*Authen.imo.C.de actio.* & relegatur, *l.fin.quæ res pign.obl.poſſ.P.* So-
lon etiam prohibuit apud Athenienſes, ne corpora pro debitis in
pignus darentur, ne tandem omnes in ſeruitutem redigerentur,
propter improbitatem fœneratorum, *Plutarch.in Solone.* ¶ Plu-
7 ra † autem de obligatione carcerum ſupra videbis explicata c.6.li.
32. Receptum tamen, obſides dari poſſe pro pignore fidei ſeruan-
dæ, *c.ex reſcrip.c.9.de iureiur.lib.2.Decret.tit.24.* ſed illi, non vt ſer-
ui, ſed vt liberi detinentur, *ca.expoſita.de arb.* & ſublatam quoq;
hodie erit quod iure permittitur, ob inopiam & famem poſſe pa-
trem filium diuendere, *l.1.de patri.qui filios diſtr.* quod extra com-
8 mercium eius eſt. ¶ Quia † etiam iura ſeruitutum vrbanorum
prædiorum, non ſunt in bonis, nec extra bona, *l.1.de vſufr.lega.* op-
pignorari non poſſunt: tum etiam quia nullius vſus ea poſſint eſſe
alii, quam ei qui ædificium habet proximum, ex ea parte qua de-
betur, qui alius, præter eum cui conſtituta eſt, eſſe non poteſt, *in l.
ſi is qui bona reip.11.§.fin.de pig.P.* In ruſticis autem prædiis ſeruitus
conſtituta obligari poterit alteri vicino vtilitatis cauſſa, quia & a-
lii vendi poteſt, *l.ſed an via,12.eod.tit.* quamuis corpus quod de-
bet ſeruitutem, alienum prædium ſit, *l.loci corpus, ſi ſerui.vindi.*
multo magis & vſus, & vſusfructus, *l.& quæ nondum, de pignorib.
P.d.l.ſi is qui, §.penul.* ¶ Dehinc † placuit, oppignorari non poſſe res 9
alienas, *l.1.ſi com.res pignori.da.ſit, C.l.quæ prædium, §.ſi aliena res pig.
da.ſit, nouella conſtit.52.& 134.§.quoniam*, ſi illæ nobis aliquo mo-
do obligatę non ſint: quippe quia aliena res quę nobis aliquo mo-
do obligata eſt, dari in pignus ratione eius obligationis per nos a-
liis poteſt, *l.grege pign.obl.13.§.1.de pign.P.l.1.& 2.ſi pignus pignori
datum ſit, C.lib.8.tit.24.l.tutor.§.fin.de pign.act.P.* Si tamen tollatur
obligatio eius, qui pignus pignori dedit, & ſoluitur pignus ſecun-
dum reſoluto iure dantis, *l.lex vectigali fundo.de pign.P.* Poſſumus
& aliena oppignorare ea lege, ſi noſtra, vel cum noſtra erunt, *l.ſi
fundus,6.§.aliena.de pig.* Quia & quæ nondum ſunt, tamen futura
ſunt, poſſunt obligari, vt fœtus & fructus futuri, *l.1.& l.& quæ non-
dum, de pig.P.l.fin.quæ res pigno.obliga.poſſ.C.* quamuis quæ in in-
certo futura ſunt, vt præmium futuræ victoriæ, ab hac obligatio-
ne reiiciantur, *l.ſpem eorum, quæ res pigno.obl.poſſ.* Singulare autem
illud eſt, rem alienam recte hypothecæ nomine teneri, ſi domi-
nus ſciens prudensq; diſſimulet in fraudem alterius, rem non eſ-
ſe ſuam, quæ datur in pignus, *l.2.C.ſi alie.res pign.da.ſit.* Nam & vo-
lente, aut ratum habente domino aliena obligantur, *l.aliena, de
pign.actio.* expreſſe vel tacite, vt & ſi inſtrumentum alterius obli-
gationis ſcribens, rem ibi ſuam obligatam videns non reclamet, *l.
fideiuſſo.§.1.de pignori.* ¶ Porro † res agriculturæ deſtinatæ obligari 10
pignore multis debitoribus nequeunt, vel capi in pignus iudicati,
*l.pignorum, & l.antepe.& authen.agricultores, quæ res pign.oblig.ne-
que.C.* quanquam pro penſione prædii ruſtici, quæ inuehuntur
in prædium præſente domino, tacite obligata cenſeantur, vtpote
priuilegiata cauſſa, *l.certi, C.loca.* vel ſi placuerit pacto conuento,
vt etiam agriculturæ cauſſa parata eſſent obligata, *l.debitor pactus,
de pigno.* Cautum & eſt, non licere fœnerari ſuper terram agrico-
læ, id eſt, eam in pignus dari non poſſe, *tit.vt nullus mutuans agri-
colæ teneat eius terram, in Authent.coll.4.tit.4.& poſtea tit.5.nullum
credentem agricolæ tenere illius terram.* ¶ In † generali omnium bo- 11
norum hypotheca quædam non veniunt iure, de quibus veriſi-
mile non eſt cogitaſſe debitorem: ideo & debitori relinquuntur
libera, ſupellex, veſtis, & alia quæ in vſum habet quotidiana, *l.ob-
ligatione generali, l.vel quæ in vſum, & l.denique, de pigno.P.l.1.C.
quæ res pig.obl.poſſ.* Prohibuit quoque Deus, ne veſtis pauperis in
pignus acciperetur, ne retineretur vltra Solis occaſum, *Exodi c.
22.* Non admittunt pignus etiam res litigioſa, *l.1.§.quid ergo, quæ
res pigno.oblig.non poſſ.P.* arma ſecundum Suidam, *in verbo enechy-
ron.fa.l.3.§.miles, de re mil.P.l.2.de cap.& poſtlim.reuer.* res proprię
apud dominum, *l.neque pignus,46.de reg.iur.* nec pro matrimo-
nio contrahendo pignus dari poteſt, *Aufrerius in additionib.ad
deciſio.Capellæ Tholoſanæ,291.poſt alios quos ibi citat.* In ſumma, ſi
non ſpeciali prohibitione res remoueantur ab obligatione pi-
gnoris, in eam venire poſſe putamus, vel ipſa nomina debitorum,
*l.grege.13.§.ſed poteſt dubitari, de pign.P.l.nomen,4.quæ res pigno.ob-
lig.poſſ.P.*

¶ In † perſonis, & dãtes, & quibus datur pignus conſideramus, 12
vt illis id liceat: licebit autem omnibus quib. non eſt prohibitum.
Veluti prohibetur non dominis aliena pignori obiicere, vt pro-
xime diximus: niſi ſit procurator, ex mandato domini de pignore
conueniens, vel ratam eius conuentionem habuerit dominus, *l.
ſi inter colonum,21.de pig.in P.Vlpia.l.ſolutum,11.§.fin.& Caius in l.
vel vniuerſorum,12.de pign.act.lib.13.P.tit.7.* vel vniuerſorum bo-
norum ſit procurator. Sic tutor ſi lege nõ refragante dederit rem
pupilli pignori, tuẽdus erit: ſcilicet ſi in rem pupilli pecuniam ac-
cipiat: idemq; eſt in curatore adoleſcentis & furioſi, vt Paulus re-
ſpondit, *in l.tuto.16.de pig.act.in P.idem in l.curator.3.& 7.ſi aliena
res pignor.data ſit.C.* Reſiſtit autem lex pignorationi rerũ mobiliũ
eorundem, *leg.quæ tutores, C.de adminiſt.tutor.lib.5.tit.47.* & qui-
buſdam aliis, *de quib.vide gloſſam in d.l.tutor.* Qui bona quoq; rei-
publicæ adminiſtrat, ſi is mutuam pro ea pecuniam accipiat, po-
teſt rem eius obligare, *Marcell.in l.ſi is qui.11.de pig.P.* ſi in rem
eius conuerſa pecunia ſit, *l.ciuitas, de reb.cred.P.* idipſum pro ne-
gotiis eccleſiæ prælato licet in eius bonis, *auth.hoc ius porrectum,
C.de ſacroſ.eccl.* Pupillus ſine tutoris auctoritate hypothecam da-
re non poteſt, *l.1 quæ res pignori vel hypoth.obligari non poſſ.lib.20.
P.ti.3.* nec cum tutoris auctoritate, ſine decreto, *l.1.de rebus eorum*

*qui ſub tute. vel cura. ſunt, P. l. lex quæ tutores, de admin. tut. C.* Filiusfamil:as autẽ, cui peculii adminiſtratio cõceſſa eſt, in vtilitatẽ quidem peculii res eius obligare poteſt, *l. ſi conuenerit, 18. §. fi. & l. ſeq. de pig. act. P.* non aliter, *l. 1. §. 2. quæ res pig. obl. poſſ. in P.* Et filiusfamilias poteſt in cauſſam patris mutuum accipere, ſed eius rem pignori non poteſt obligare: ſi tamen obliget, & ei ſuccedat, non poteſt reuocare, exceptione doli mali ſubmotus, *Vlp. in l. ſed Iulianus, 9. §. 1. ad ſenatuſc. Maced. in P. l. nec ſi maior. 4. & 5. C. ſi alien. res pigno. data ſit.* Et in ſumma, nexũ non facit prædiorum, niſi perſona quæ iure potuit obligare, per ſeruum autem, *l. ſi ſeruus, quod cum eo, qui in alien. poteſta. C. excipitur, l. ſi conuenerit, 2. § fi. de pig. act. l. peregre, §. pen. & l. 3. §. quod ſi ſeruus, de acqui. poſſ. P. quando ſeruus habeat peculii adminiſtrationem,* aut per procuratorem, *l. fi. C. de acqui. poſſ. l. procuratorum, de procur. P.* colonum, *l. ſi probatum, communi diui. l. per colonum, de agric. & cenſi.* vel actorem, ſeu conductorem, *proxime citata l. fi. de acquir. poſſ. C. l. fin. ſi aliena res pign. oblig. ſit,* vllum præiudicium poſſeſſioni, inuito vel inſcio domino, imponi non poſſe, & iure & legum auctoritatibus declaratur, vt iiſdem verbis reſcripſere Honorius & Theodoſius Cæſares, *d. l. fi. ſi aliena res pig. data ſit, C. & l. fi. de acq. poſſ. C.* non poteſt etiam mulier res ſuas pro alterius debito pignori ſubiicere, quia iuuatur Velleiano, *l. ſi ſciẽs, 7. & l. ſeq. ad Velleia. C. lib. 9. ti. 19.* Porro per liberam perſonam pignoris obligatio nobis non acquiritur ſemper iure P. neque plerunq; per procuratorem, vel tutorem: & ideo ipſi actione pignoratitia conuenientur, *Vlpia. in l. ſolutum 11. §. per liberam, de pig. act. P.* niſi ceſſiſſent actiones hodie, ex conſtitutione Iuſtiniani, ſicuti per procuratorem mutuantem pecuniam domini quærebatur & quæritur actio domino mutui, ita & pignoratitia & hypothecaria ipſo iure ſine ceſſione, *in l. 2. per quas perſonas nob. acq. li. 4. C. ti. 27.* At pupillo capienti pignus, propter metum pignoratitiæ actionis neceſſaria eſt tutoris auctoritas, vt reſpondit Modeſtinus, *in l. pupillo 38 de pigno. actio. P.* nec ſi adiectus alius ſolutioni faciendæ, ei
13 pignus dari poteſt, *l. is qui promiſit 33. de pignor.* ¶ Pignus † re contrahitur, rei traditione facta, vel ſine traditione conſenſu, *l. 1. §. credito. & ibi glo. de act. §. fin. quib. mo. re contrah. obl. & ibi glo.* & conuentione pro aliqua obligatione, re obligationi hypothecæ ſuppoſita conſenſu debitoris & creditoris, vel eius qui rem oppignorat inter præſentes, vel abſentes, *l. contrahitur, 4. de pign. P. & l. creditor, 23. eod. tit. P. l. 1. de pignor. actio. P.* per literas, *l. pen. §. pen. de pig. P. res hypot. eo. tit.* Ex quibus conuentionale differt a iudiciali, quod non cenſetur conſtitutum, priuſquam poſſeſſio corporalis ſequatur, *l. non eſt. de pign. actio.* dicitur & conuentionale pignus, quod conſtituitur, id eſt, quod ex expreſſa determinatione contrahentium fit, quo nomine & a tacito ſecernitur, *de vtroque, in l. ſi non inducta, 5. C. in quib. cau. pig. vel hypo. tac. contr.* Nihil autem refert in hoc contractu, quibus verbis fiat, ſicuti eſt in illis obligationibus, quæ verbis contrahuntur, neque ſcriptura neceſſaria eſt, niſi ea accedat ad faciliorem geſti probationem, *l. 4. de pign. P. l. 4. de fide inſtrum. P. lib. 22. P. tit. 4.* ſi vitioſe tamen vel inutiliter contractus pignoris intercedat, retentioni locus non eſt, vel ſi bona creditoris ad fiſcum pertineant, *l. cum vitioſe, 25. de pignor.* ¶ Admit-
14 tuntur † in pignoris conſtitutione pacta, quorum illud inſigne & validum, vt ſi intra certum tempus non ſit ſoluta mutuata pecunia, iure emtionis poſſideat rem hypothecatam tunc iuſto pretio æſtimandam creditor, quo caſu videtur conditionalis eſſe venditio, *Martian. in l. ſi fundus hypotheca, 16. §. fi. de pigno. P. l. fi. de contrahen. emt. P.* & ita iudicatum a ſenatu Pariſienſi, 19. Maii 1552. *Papus in Rhapſodia areſtor. lib. 11 tit. 3 areſt. 2.* refert Dio Caſſius, olim more antiquo licitum fuiſſe creditoribus cedere pignora debitorum, & nihilominus petere argento ſibi de ſumma ſatisfieri. Iuliũ tamen Cæſarem dictatorem, oppignorata in ſolutionem ſtatuiſſe cedere æſtimatione facta, atque iudices qui ea æſtimarent ſorte
15 deligi, *Dion Caſſius, lib 41.* ¶ Alexander † Cæſar quoque hanc ceſſionem nihil iuris creditori dare ſupra ius commune ſtatuit, *l. 1. de pact. pign. C.* alioquin namque pactum legis commiſſoriæ in pignoribus reprobatur, quo cauetur, vt ſi intra certum tempus pecunia debita creditori non ſoluatur, pignus creditoris ſit, *l. fin. de pact. pig. lib. 8. C. tit. 35. c. ſignificante, de pigno.* videlicet & adhuc debitum debeatur: alioquin enim iure communi vtimur, vt liceat creditori, debitore ſtato tempore non ſoluente, pignus vendere, niſi cõtrarium cautum ſit, & adhuc ſi cautum ſit, ne liceat: tamen ſi ter denuntiauerit debitori vt ſoluat, poteſt vendere, non autem ante trinam denuntiationem, quia contra pactum vendens, tunc furtum faceret, *Vlpian. in l. ſi conuenerit, de diſtractione, 4. de pign. actio. P. §. contra autem quib. alien. licet vel non, ap. Iuſtinian. & vide ibi glo. & in l. fi. §. 1. de iure dom. impetran. C. eo.* ¶ Poteſt † pure, & 16
ſub conditione conſtitui pignus: quomodo pure, patet ſub conditione, etiam de re aliena, ſi debitoris facta fuerit, *Martianus l. ſi fundus, 16. §. aliena res, de pign. P.* Fit & generalis omnium bonorum iis omnibus obligatis, vel ſpecialis aliquarum rerum, *l. 1. & l. obligatione generali de pign. l. qui generaliter, 2. qui potior. P. l. ſi generaliter, C. eo. tit. qui potior.* vt dictum antea.

¶ Finis † hypothecæ & pignorum duplex eſt, videlicet quod fa- 17
cilius & promtius debitum accipit, qui pignus ſubiicit obligationi, & creditor debitum in tuto ponit, & ſic vtriuſque gratia fit, *§. fi. quib. mo. re contra. obli. l. 1. §. creditor. de actio.* Et plus cautionis eſt in rem, quam in perſonam, *l. plus cautionis, de reg. iur. in P.* actio hypothecaria in rem, *Vlpia. in l. pignoris perſecutio. 17. de pigno. P.* quo fit vt creditor qui pignoris cautionem habet, præferatur in debiti repetitione ei, qui habet tantum actionem perſonalem, *l. eos qui. 9. qui potior. in pig. habean. lib. 8. C. titu. 18.* experiturque aduerſus quoſcunque pignoris detentores, *l. ſi fundus, 16. §. in vindicatione, de pigno.* Et proinde hæc cautio ſolet adhiberi non tantum in mutui debito, ſed & in aliis conuentionibus, *l. ſi rem alienam, 9. §. non tantum, de pign. actio. & l. res hypotheca, de pign.* Et non tantum res eius, qui principaliter contrahit hypothecæ nomine veniunt, ſed & alterius, pro contrahẽtis nomine, ab alio obligari poſſunt, *l. res hypotheca, §. fin. de pign.* Et pro quacunque obligatione ciuili, aut naturali, *l. quæſitum, 14. §. fi. de pign.* vel altera illarum conditionali, aut pura, in diem, *d. l. res hypotheca.* Accedit & obligationi ſerui, *l. naturaliter, 13. de condict. indeb. P.* mulieris, *l. 2. quæ res pign. vel hypothec. obl. non poſſ. in P.* non autem pro mutuo filiifamilias, niſi is qui hypothecam ſubiicit eius nomine animo donandi fecerit, ſicuti in fideiuſſore eius reſponſum eſt, *d. l. 2. quæ res pig. obl. non poſſ. iunct. l. ſed & ſi pater, § pen. & fi. ad ſenatuſc. Maced. in P.*

## De Hypothecaria, & Pignoratitia.

### Cap. 10.

§, fi. quib. mo. re contra. obl. Lib. 13. P. tit. 7. Lib. 4. C. tit. 24.

1 *Actionum quæ pro pignore, aliæ ciuiles, aliæ prætoriæ: ciuilium alia directa, alia contraria, alia vtilis.*
2 *Pignoris interitus, cuius periculo ſit.*
3 *Pactum, vt pignoris interitus liberet debitorem, valet.*
4 *Creditor non facit fructus ſuos pignoris, ſed reſtituit, vel reputat debitor.*
5 *Contraria ex quibus agat creditor pignoratitia, & 7.*
6 *Creditor antequam hypothecaria agat contra tertios poſſeſſores, debet diſcutere facultates debitoris.*
8 *Vtilis pignoratitia cui & quando detur.*
9 *Prætoria actiones pignoratitia, Seruiana qualis.*
10 *Quaſi Seruiana, & vtilis actio Seruiana, quales.*
11 *Saluianum interdictum quid & quale.*
12 *Interdictum de migrando directum & vtile.*
13 *Morientibus debitore aut creditore, heredibus pignus obligatum quomodo remaneat.*

INter † actiones quæ pro rebus pignoratis competunt, quædam 1
ſunt ciuiles, quædam prætoriæ. Actio hypothecaria, directa, contraria, & vtilis eſt. Directa pignoratitia datur debitori ſolutione debiti, aut ſatisfactione alia creditori facta, pro repetitione pignoris, *l. petenti. 27. & l. ſi rem alienam, 6. § omnis, de pignor. actio. P. l. pignoris cauſſa, 10. C. eo.* Secundo pro damno reparando, ſi pignus deterius factum fuerit redditum, *l. 2. & l. creditor qui fundos, 6. C. de pigno. actio. l. eleganter, 24 §. fi. eod. tit. in P.* Tertio ſi creditor pignus vendidit, & pretium acceptum debitum excedat, vt reddat ſuperfluum pignoratitio iudicio conuenietur, *d. l. eleganter, 24. §. ſi vendiderit, de pigno. actio.* ¶ Quarto † ſi res interierit, ſed diſtin- 2
ctio adhibenda eſt. Nam generaliter exacta diligentia adhibenda eſt per creditorem in cuſtodienda re oppignorata, quam ſi adhibuerit, pereunte re caſu fortuito, ſine culpa eius, ſecurus eſt, nec tenetur, & nihilominus debitum ſuum repoſcere ſuo tempore poteſt, *§. fin. qui. mo. re contra. obli. l. 4. & l. quæ fortuitis, 5. & l. ſi nulla culpa, 7. de pign. act. C.* Venitque tantum in hanc actionem dolus & culpa, & cuſtodia, vt in commodato: vis maior non venit, nec alia quam ea quæ diligens paterfamilias in rebus ſuis curandis præſtare ſolet, *l. ſi cum venderet, 13. §. fin. l. ea igitur, 14. de pigno. act. in P. l. ſicut vim, C. de pignor.* Quia pignus etſi detineatur a creditore, tamen in dominio debitoris remanet, & ideo illi perit, *l. pignus in bonis, 8. C. de pignor. actio. l. quis ſit fugitiuus, §. pignori, de ædil. edict.* ſicuti & ſine dolo & culpa creditoris decrementum accedens domini eſt, vt & incrementũ, *l. ſi inter. 21. §. quicquid. de pig.*

¶ Poteſt

5 ¶ Poteſt † tamẽ pacto caueri, vt amiſſio pignorum liberet debito-
4 rem, *l. quæ fortunis, de pig. act.* ¶ Reſtituitur † itaque pignus hac a-
ctione cum fructibus domino, ſolutione debiti facta, *l. ſi pignore,*
*22. §. ſi prædo. de pig. act. P. l. 2. C. de partu pig.* vel ſi debitor velit fru-
ctus percepti a creditore computabuntur in ſortem principalem,
& attenuabunt debitum, *c. cum contra. de pig. l. 1. de diſtractio. pign.*
*lib. 8. C. ti. 28. l. 2. de par. pign. lib. 8. C. tit. 25 l. ſi dominum, C. de pign. l.*
*cum debitor. in quib. cauſ. pign. tac. contra. P. l. 1. & 2. C. de pign. act. l.*
*reſcriptum, §. 1. de diſtract. pign. in P. l. ex prædiis, C. de vſur.* exceptis
fructibus prædiorum, in quorum poſſeſſionem miſſus eſt credi-
tor ex decreto iudicis, qui non repetuntur, nec reputantur, *l. Ful-*
*cinius, § ſi. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. ea. P. Conſtantinus Harmenop. lib. 1.*
*Promt. iur. tit. 3.* Sicuti quando pactum fit in antichreſi de lucran-
dis fructibus vſurarũ nomine, quandiu non exſoluetur debitum,
*in l. ſi ea lege, & l. ex prædiis, C. de vſur. l. ſi is qui bona reip. 11. § 1. de pig.*
*P. & ſupra c. 21.* Quinto, debitor qui ſpe accipiendæ pecuniæ pi-
gnus dedit, ſi numeratio ſecuta non fuerit, poteſt agere pro reſti-
tutione actione in rem, *l. 1. & 2. ſi pignoris conuentionem numera. ſe-*
5 *cuta non fuerit, li. 8. C. ti. 33.* ¶ Contraria † hypothecaria agit credi-
tor pluribus quoque de cauſſis. Primo ſi debitor quaſi ſoluturus
pignus abſtulerit, & non ſoluerit: tenetur enim tunc hac actione
contraria, & de dolo, & ad exhibendum, & furti, *l. 3. de pign. act.*
*P.* Secundo & ſi debitor deceperit creditorem in pignore, agetur
cõtraria, in quam veniet quanti intereſt non eſſe deceptum, *l. ſi in*
*pignore contrahendo, 55. de fideiuſſ.* Decipit autem, ſi pro pignore
auri æs dederit, *l. 1 §. fin. de pigno. act. P.* vel rem alii obligatam ſci-
enter, *l. tutor. §. contrariam. de pig. act. P.* Tertio eſt etiam criminis
ſtellionatus reus, qui alienam rem pignori dedit ſciens prudens-
que, *d. l. tutor, § 1. l. ſi quis in pignore, de pig. act. l. fin. de crimi. ſtellio. P.*
& nihilominus hac contraria tenetur: vt ſi alio modo male in pi-
gnore verſatus fuerit, *l. ſi rem alienam, in 1. l. 9. de pigno act. l. cum de-*
*bitore, 32. eo. tit. P. l. quæ prædium, C. ſi aliena res pigno. da. ſit.* ¶ Quar-
6 to † agit hypothecaria creditor pro perſecutione pignoris, vt ſo-
lutionem perſequatur, poteſtq; eligere hypothecariam, hoc eſt,
rem obligatam perſequi, omiſſa perſonali, niſi res obligata ab alio
tertio poſſideatur. Nam tunc debẽt diſcuti facultates debitorum
antequam ad tertium hypothecæ poſſeſſorem perueniatur; ſiue
hypotheca fuerit generalis, ſiue ſpecialis, *l. perſecutione, iuncta Au-*
*then. hoc ſi debitor, C. de pignor. l. Moſchis, & ibi glo. de iure fiſc. in P.*
imo fideiuſſor debitoris, ante tertium poſſeſſorem rei hypothecę
obligatæ conueniendus erit, *glo. in d. Auth. hoc ſi debitor, in verb.*
*quæ ſit,* venditæ enim rei pignoratæ ius tranſit in emtorem, *l. obli-*
*gatis, 15. de diſtractio. pig. lib. 8. C. tit. 88. l. eleganter, 24. de pign. act. P.*
7 ¶ Quinto † ſi debitor pignus deterius fecit dolo malo, tenebitur
quanti intererit creditoris, vt ſi eluſcauerit ſeruum pignoratum,
& ſic de ſimilib. *l. ſeruum, quem quis, 27. de pig. P.* Sexto ſi poſt diſ-
tractum pignus, debitor qui precario rogauit, vel cõduxit, pigno-
ris poſſeſſionem nõ reſtituat, contrario iudicio tenetur, *l. ſi pigno-*
*re, 22. §. ſi poſt de pig. act.* Septimo ſi debitor ſcienter & ignorante
creditore furem ſeruũ, pignori dederit, propter furtum aget cre-
ditor, pignoratitia videlicet contraria, vt aut damnum reſtituatur,
aut pro noxæ deditione hominem relinquat, *in l. ſi ſeruus pignori,*
*31. de pign. act. P. l. ſi ſeruus communis, 63. § his etiam, de fur. P.* Octa-
uo ſi ſumtus in rem, vel ob rem pignori datã creditor fecerit, hac
actione repetet, *Pomponius in l ſi neceſſarias, 8. & Vlpia. in l. ſi ſer-*
*uus, 25. de pign. act. l. creditor, 6. C. eod. tit.* Nam & expenſæ iſtæ in
ſummam debiti principalis reducuntur, *l. in ſumma, 6. de pigno. C.*
8 ¶ Actio † vtilis in quibuſdam caſibus datur, vt quando res aliena
obligatur ſcienti: tunc enim non datur directa vel contraria, ſed
ex æquitate vtilis, *l. 1. in prin. de pig. in P.* datur & ei qui rem pignori
obligatam pignori accepit, *l. grege, §. cum pignori, de pig.* Item con-
tra eum contraria vtilis datur, non ordinaria, qui rem alienam ſci-
ens prudenſque obligauit, quæ poſtea eius facta eſt, *l. cum res, ſi a-*
*lien. res pign. dat. ſit C.*
9 ¶ Prætoriæ † porro ſeu honorariæ actiones ſunt, quæ dantur
quoque pro hypothecis, vt primum Seruiana, quæ conſeruat ius
domino fundi, & competit pro rebus coloni inductis in fundum,
ex pacto pro pẽſione obligatis. Seruiana dicta eſt, *§ item Seruiana,*
*de actio.* quod a Seruio prætore inducta: quæ datur creditori, pi-
gnoratitia Seruiana dicta, *d. §. item Seruiana, & l. 3. §. eſt autem, ad*
*exhiben lib. 10. P. tit. 4. §. interdictum, de inter. in Inſtitut. iur. ciuil.*
*Theophili.* ad cuius exemplum quaſi Seruiana data eſt, qua credi-
tores pignora hypothecaſque perſequuntur, *d. §. item Seruiana.*
10 ¶ Eſt † & vtilis actio Seruiana, quæ datur ei qui negotia amici de-
bitoris gerens, & pignora eius citra emtionem pecunia ſua libe-
rauit, *l. 1. qui. mod. pig. vel hypot. ſol. iuncta glo. 1. ibi.* Oportet autem
eum, qui vti Seruiana, vel quaſi deſiderat, probare rem pertinuiſſe
ad ipſum inquilinum vel colonum: datur enim hypothecaria ad-
uerſus eum qui poſſidet, vt actio in rem, *l. ſi fundus, 16. §. in vindi-*
*catione, & l. pignoris, 17. de pign. P.* ¶ Saluianum † interdictum aliud 11
eſt remedium prætorium, ſi fundi dominus res illatas coloni pro
mercede pignori ſibi eſſe pepegiſſet, quod tantum poſſeſſionem
reſpicit nudam: competitq; contra tertios poſſeſſores ei qui pro-
bat colonum, vel inquilinum, cuncta quæ alius poſſidet dum agi-
tur, tunc poſſediſſe, id eſt, tempore obligationis, eaque inuecta
fuiſſe. Hocque interdictum vtile ex mente prætoris, non ex ver-
bis: competit quoq; pro partu, & fructibus perceptis ex re quam
quis ſibi obligatam per inuectionem inquilini, vel pacto coloni
contendit, *l. 1. de Saluiano interdicto, lib. 43 P. tit. 23. §. adipiſcendæ,*
*verſ. interdictum, de interdict.* In Saluiano interdicto, inquit Vlpia-
nus, ſi in fundum communem duorum pignora, ſunt ab aliquo
inuecta, poſſeſſor vincet, & erit eis deſcendendum ad Saluianum
interdictum, *l. 2. de Saluiano interd. P.* ¶ Proximum † his eſt aliud 12
interdictum de migrando, quod directum & vtile eſt. Directum
competit inquilino aduerſus locãtem, ſi ſoluta penſione vult mi-
grare, vel ſi per locantem ſtat quominus ſoluat, vt eo nomine ob-
ligata pignora inuecta, nata, factave inibi recipiat, *l. 1. de migrando,*
*lib. 43. P. tit. 31.* Vtile, vt eadem repetat inuecta natave, ſed quæ non
fuerunt obligata, & tamen retinẽtur, *d. l. 1. §. 1. de migran.* ¶ Defun-
cto † creditore multis relictis heredibus, actio quidem perſonalis 13
inter eos ex lege duodecim tabularum diuiditur, *l. ea. C fami. erciſ.*
*l. pacto C. de pactis, l. 1. C. de except.* pignus vero vnicuique in ſolidũ
obligatum eſt, *l. 1. C. ſi vnus ex plurib. cred vel debit part. ſuam debi.*
*ſol. lib. 8. tit. 32. l. ſolutum. §. ſi creditor, de pig. act. in P. l. vnus, C. de diſtr.*
*pignor.* Et contra, ſi debitor decedat, pluribus relictis heredibus,
perſonalis actio qua tenebatur diuiditur inter illos, ſed hypothe-
caria quilibet conuenitur, non pro modo ſingularum rerum, ſed
in ſolidum, vt vel totum debitum reddant, vel eo quod detinent,
cedant, *l. 2. de hered. actio. C. l. 2. ſi vnus ex plurib. credit. &c. C. l. here-*
*des § an ea fam. erciſ. P.* Qui prædium obligatum a creditore com-
parauit, ſi in vacuam poſſeſſionem inductus non eſt, nullam in
rem actionem habet neque directam, neque vtilem, *l. qui prædiũ,*
*13. de diſtra. pigno. C. l. ſeruum, de rei vindic.*

## De Prioritate hypothecarum, ſeu de iure πρωτοπραξίας. Cap. 11.

Lib. 20. P. tit. 4. Qui potior in pig. habeant. Lib. 8. C. tit. 18.

1 *Hypothecariam habentes, præferuntur non habentibus creditoribus.*
2 *Quis creditorum hypothecam habentium præferatur.*
3 *Mobilia primo creditori occupanti in Gallia cedunt.*
4 *In immobilibus creditores potiores tempore, potiores ſunt iure regulariter.*
5 *Videlicet niſi diſparitas ſit priuilegiorum, idem 6.*
7 *De Fiſci & priuati concurſu circa prioritatem hypothecæ.*
8 *Princeps & Romana ciuitas iure donantur prælationis.*
9 *Qui ad totius pignoris cõſeruationem Mutuauit, poſterior quãuis, præfertur.*
10 *Præferuntur & in cauſſam Pietatis impendentes, vt ſi in morbum, in funus, &c. impendant.*
11 *Digniori priuilegio fulciti quoque, quorum exempla ſubiiciuntur.*
12 *Depoſitarii in repetendis pecuniis, ceteris non priuilegiatis præferendi.*

CVm † pignoratitia actione creditor repetat debitum per pi- 1
gnoris vel hypothecæ perſecutionẽ, ſcire expedit aliquando
per viã exſecutionis contra debitorẽ procedi, captis mobilib. vel
immobilibus. Qui hypothecariã habent, primũ in his præferun-
tur habentib. ſolum perſonalẽ actionem, *l. eos, 9. qui potior in pig.*
*habeant. C.* & perſecutionem rei hypothecæ ſuppoſitæ habent,
*l. pignoris, 17. de pign. in P. l. pignoris, 18. C. eod.* & ſi non fiat ſolutio
diſtrahere poſſunt, *l. 1. & tot. tit. de diſtra. pign. P. & C. eod tit.* ¶ Ve-
rumtamen † ſi plures creditores ſint concurrentes iure hypothe- 2
cæ vtentes, quis præferatur quæritur. Quare & hic res, & perſo-
nas quoque, & cauſſas obligationis diſtinguere oportet. ¶ Ete-
nim † in mobilibus regula erit generalis, in Gallia trita: bona mo- 3
bilia, primo creditori occupanti vel capienti cedere. Sic enim in
his comparatum eſt, vt creditor qui primus in ſuum debitum

cœperit, au*oritate publica, præferatur aliis etiam priuilegiatis,
vel anteriorẽ habentibus hypothecam. Galli dicunt, *biens meubles
n' ont point de ſuitte en hypotheque, quand ils ſont mis hors la puiſſance
du debteur, de qui eſtoient leſdictz meubles : ſi non en tant qu' ils ſe-
ront de plus grand valeur que la debte du creancier qui les auoit faict
prendre, non obſtant priorité ou poſteriorité d' hypotheque, in conſuet.
Burgund. §. 3. titu. des rentes vendues a rachapt. Idem conſuet. Aluer-
niæ tit. des executions, artic. 53. du Maine, tit. des praeſcriptions, artic.
436. Aniou eod. ti. art. 421. Paris, titu. des actions perſonnelles, & hypo.
art. 77. Bourges, titu. d' hypoth, art. 2. &c.* quia rerum mobilium vi-
lis & abiecta eſt poſſeſſio, & ideo facilius amittitur, & facilius quę-
ritur quam immobilium, *l. ſi rem mobilem, 47. l. peregre, 44. de acq.
poſſ.* Quod verum etiam arbitratur eſſe Chaſſanæus, quamuis ex-
preſſa hypotheca alteri res mobilis pignori ſuppoſita fuiſſet,
*Chaſſan. in d. §. 3. des rentes vendues a rachapt, verſicu. intelligenda.*
Excipitur tamen cauſſa locationis, ratione cuius inuecta mobilia,
vt in tacita diximus obligatione, cenſentur obligata pro merce-
de: nam in illis præfertur dominus prædii, ſi ab alio creditore cõ-
ductoris capiantur; ſi modo ſe obiiciat captioni ante venditio-
nem pignorum, nam poſt eam nullam mouere poteſt emtori cõ-
trouerſiam, vt ex conſuetudine Bleſenſium apparet, *couſtume de
Blois, ti. des debtes perſonnelles, art. 298. facit l. ſi eo tempore, C. de remi.*
4 *pign.* ¶ In † immobilibus, ſi eadem res ſit pluribus obligata di-
uerſis temporibus, qui potior eſt tempore, potior eſt iure: id eſt,
is prefertur in hypotheca & prior debitum ex ea repetit, qui prius
ſibi hypothecam acquiſiuit, *l. 2. & 4. & l. diuerſis, qui potior. in pig.
hab. C. l. 2. & l. potior, 11. eod. P. l. qui balneum, 9. eod. de regu. iuris in 6.
qui potior.* Neque intereſt cuius ſpeciei pignus ſit, an fuerit con-
uentionale, an iudiciale, an prætorium, *l. 2. C. qui potior. Neguzan.
in tracta. pign. 2. 2. memb. 5. partis, nu. 6. facit l. ſi ex iure iudicatum, 10.
in illis verbis, priuilegiis temporum qui potio. P.* ſiue res generaliter,
ſiue ſpecialiter fuerit obligata, *l. 2. & 3. §. 1. qui potior. P. l. 2. C. eod.*
ſiue tacite, *Dynus, in c. qui prior, num. 12. de regu. iur. in 6.* & ſi duo-
bus vel pluribus eodem die fuerit obligata, quiſque aget in ſoli-
dum, vel pro modo debiti, ſi ſufficiat vtrique, *in l. ſi fundus, 16. §.
ſi duo. de pig. C.*
5 ¶ Verum † tamen hæc regula intelligẽda eſt, cum in aliis quam
in tempore creditores pares ſunt, tũc enim ea obligatio quę prior
tempore eſt, dat ius potius. Et inſpicimus tempus conuentionis
etiam conditionalis, ſi extra poteſtatem debitoris eſt, an debi-
tum contrahatur, vel conditio impleatur, *l. qui balneum, 9. qui po-
tior. in pigno. hab. P.* Hoc explicat Caius, potior, inquit, in pignore
qui prius credidit pecuniã, & accepit hypothecam, quamuis cum
alio ante conuenerat, vt ſi ab eo pecuniam accepiſſet, eſſet ei res
obligata. Contrarium tamen, ſi ſub ſtipulatione facta, hypotheca
data ſit: cum enim ſemel conditio exſtitit, perinde habetur ac ſi
illo tempore quo ſtipulatio interpoſita eſt, ſine conditione facta
eſſet, *Caius in l. potior. 11. qui potior. idem in l. eod. P. Paulus, l. ne-
ceſſario*, & conditione exſiſtente refertur hypotheca ad tempus
contractus, *§. quod ſi pendente, in prin. de peric. & commo. rei ven. P. l.
nec emtio. 8. de contra. emt. P. cum ſim.* Cur autẽ diuerſum in mutuo
ratio eſſe poteſt, quod mutuum ex genere contractuum eſt, qui
re celebrantur, *l. 1. §. re, de act. P. §. 1. quib. mod. re contrah. oblig.* &
proinde antequam res interuenerit non videtur contractum, nec
obligatio eſt principalis, ideo nec acceſſoria hypothecaria, *c. cum
principalis, de reg. iur.* Sed & ſi quis prior ſine hypotheca credidit,
& poſt ſecundum, qui cum hypotheca dedit, hypothecam acce-
perit, quamuis prior ſit in debito, tamen poſterior in hypotheca
eſt, niſi ante de hypotheca in diem conuenerit, *l. creditor, 12. §. ſi
primus, qui potior. P.* Item ſi idem bis eidem credidit, cum hypo-
theca ante ſecundum, & poſt, in prima pecunia credita potior, in
ſecunda tertius eſt, *d. l. creditor, § ſi idem bis.*
6 ¶ At † extra temporis rationem alia concurrere poſſunt, ex
perſonis & cauſſis, quæ ſuadent potiorem eſſe, etiam tempore,
poſteriorem. Veluti ex priuilegio perſonæ, ſi ex pupilli pecunia,
res alteri obligata iure hypothecæ comparetur, potior eſt pupil-
lus, etſi tempore poſterior, etiam ex tacita hypotheca, *l. idemque,
7. qui potio. P.* Sicuti & mulier pro dotis repetitione præfertur,
etſi poſterior ſit, *l. aſſiduis, cum auth. ſeq. Cod. qui potior. l. 2. §. fina.
& l. 3. 4. de priui. cred. P.* vt & abunde explicauimus libro nono,
proprio capit. 24. Contra bona tutoris & curatoris, pro eorum
adminiſtratione, & eorum qui pro tutore ſe geſſerunt, pupillus
ſuper ceteros creditores habet priuilegium, quod non tranſmit-
tit in heredes, *vt ait Vlpian. in l. 4. §. fina. de priuileg. cred. P.* Idem
in curatoribus debilium, prodigorum, ſurdorum & aliorum, *de
quibus in l. 5. 6. 7. eodem titu.* ¶ De † fiſco placuit ceteris paribus, 7
& fiſcum, & priuatum, & rempublicam concurrere, & potiorem,
priore tempore eſſe, *l. 1. ſi pignus, 8. qui potior. in pign. hab. P. l. 14.
C. qui pot. l. 1. de iure fiſc. lib. 10. C.* & priuatum ambobus præferri,
primum contrahentem cum generali etiam hypotheca, *l. ſi igno-
rante, 3. C. de remiſ. pign. lib. 8. tit. 26.* notat tamen Vlpianus, vt ſi is
qui mihi obligauerat quæ habet habiturusve eſſet cum fiſco con-
traxerit, fiſcum in re poſtea acquiſita potiorem eſſe ex reſponſo
Papiniani, *præuenit enim*, inquit, *cauſſam pignoris fiſcus, l. is qui, 28.
de iur. fiſc. in P. lib. 49. tit. 14.* Intelligimus autem illa verba, poſt-
ea acquiſita, referenda eſſe ad tempus quod ſecutum eſt obliga-
tionem fiſci, non ad tempus quod interuenit poſt obligationem
prioris, ante obligationem fiſci: nam illa quæ medio illo tempo-
re quæruntur & ante fiſci obligationem, priori potius creditori,
quam fiſco obligata cenſentur, & is in his præferendus fiſco, *l. fin.
qui potio. in pign. hab. P.* poſt obligationem autem fiſci quæſita, fi-
ſco, vt priori cenſentur obligata, niſi de pœna agat aduerſus pri-
uatum fiſcus: nam tunc in debito pœnali fiſcus poſtponitur cre-
ditoribus, *l. 1. pœnis fiſca. cred. præ. lib. 10. C. titu. 7. Modeſtinus, l. in
ſumma, 17. Papinia. l. quod placuit, 37. Paulus in l. Statius Florus,
49. §. Cornelio, de iure fiſc. P.* Ita priuilegia non ex tempore æſti-
mantur, ſed ex cauſſa, & ſi eiuſdem tituli ſint, concurrunt, licet
diuerſitates temporis in his fuerint, vt reſpondit Paulus Iuriſconſ.
*in l. priuilegia, 16. de priuileg. credit. li. 42. tit. 6.* Pœna autem cauſ-
ſam habet odioſam, & creditorum debiti perſecutio, ſuorum re-
petitionem fauorabilem. Atque fiſcus in pœna loco debitoris
ſuccedere videtur, ideo nec plus iuris vel bonorũ habebit, quam
is in cuius locum ſuccedit, *l. Statius Florus, §. Cornelio, de iure fiſc.
P.* ¶ Nec † bona dicuntur niſi deducto ære alieno, *l. ſubſignatum,* 8
*§. bona, de verbor. ſignif.* Vtitur priuilegio prælationis princeps, &
reſpublica Romanorum, & illi qui principis locum tenent, qualis
fiſcus, ærarium, quibus ad cõmunem omnium vtilitatem hoc in-
dultum ſingulari iure eſt. Neque hoc ius dictum πρωτοπραξίας, ci-
uitatibus aliis quam Romæ competere iudicatum eſt, contra ci-
uitates Bithynas & Ponticas, per C. Plinium, ex ſententia Traiani
Cæſaris, pronuntiauitque viſum in his rebus ac conſuetudinem,
citra legem totius Reipubl. aut principale beneficium non vale-
re, *Plin. Secundus, lib. 10. epiſ.* ¶ Item † poſterior ob cauſſam præ- 9
fertur, qui ad totius pignoris ipſius conſeruationem mutuo de-
dit vel impendit, *l. interdum, 5. & l. huius enim, 6. qui potio. in pig. P.*
vt ſi in refectionem, *dictis legib. & l. qui in nauem, & l. quod quu,
de priuil. credi. P. l. 1. de ceſſio. bono. P. lib. 42. titu. 3.* vel in redemtio-
nem ſerui, *l. in bello, 12. §. ſi pignori ſeruus, de cap. & poſt l. reuerſ.* pi-
gnorati, vel ſi propriis pecuniis procurauerit agrum emi, *d. §. his
conſequens*, videlicet ſi emendo ſibi nominatim eum obligauit, *l.
licet, qui potior. C.* aliter enim ſtatuendum ſi pactum obligationis
non interuenerit, *l. quamuis, C. de pigno.* niſi pupilli pecunia ſit,
ex qua emta res ſit, cuius priuilegio res hypothecæ obligata cen-
ſetur, *l. idemque, qui potio. P.* & qui in cauſam pietatis impendunt,
ſolent præferri anterioribus creditoribus anteriorem habenti-
bus hypothecam, vt ſi in morbum, funus, exſequias, crediderint,
*Iaſon & interpretes, in l. fin. § in computatione, de iur. deliber. C. eſt
textus in l. at ſi quis, 14. §. 1. & l. penul. de religio. & ſumt. fune. in l. 2.
de priui. cred. P.* ¶ Præferuntur † & inter priuilegiatos qui dignius 10
& potius habent priuilegium. ¶ Sicut † mulier pro dotis repeti- 11
tione præfertur priuilegiatis qui aliis præferuntur, & qui credi-
derint in refectionem rerum, vel emtionem, & mulieri præfer-
tur qui credidit in emtionem militiæ, *d. §. his conſequens, & au-
then. quo iure, qui potior. C.* & olim fiſcus præferebatur mulieri ta-
citam hypothecam habenti, non autem ſi expreſſam habuiſſet,
*l. 2. C. de priuil. fiſci.* hodie tamen & cum tacita ea fiſco præfertur
pro dote, veluti res proprias repetens, *in l. aſſiduis, qui potior. C.*
Excepta cauſſa primipilari, pro qua non ſolum bona mariti, qui
primipili officium geſſit, obligata cenſentur, ſed etiam obligata
pro dote, id eſt, dos data ei ab vxore, *l. ſatis notum, in quibus cauſ-
ſis pignus vel hypoth. tac. contr. lib. 8. C. titu. 15. l. fina. de primip.
libro duodecimo, C.* & bona filiorum, quamuis heredes patris
non exſtiterint diſcuſſione fideiuſſorum & nominatorum prius
facta, *l. fina. eodem titu. de primip. lib. 12. C. titu. 63. & dicta l. ſa-
tis notum*, quod vtilitatis publicæ ratio ſuaſit, *leg. tertia, de primi-
pi. libro duodecimo, C.* Si tamen liquido conſtet res & corpora
dotis eſſe, illæ vt propriæ pro primipilari cauſſa mariti non poſ-
ſunt a fiſco capi, ſed mulieri reſtituũtur, *l. 1. de iure fiſc. C.* Sic aliud
eſt hypothecam pro repetitione datorum in dotem mulierem a-
mittere, aliud, res proprias mulieris capi pro mariti debito, quod
iniquiſ-

iniquiſſimum eſſet. *l. 2. ne vxor pro mari. l. res, C. de dona inter vir. & vxor.* Præfertur etiam qui credidit pecuniam, vt militia emeretur, quæ emi ſolet, mulieris hypothecæ quæ datur pro doti; repetione: alioquin, ſi eo nomine, vt militia emeretur credita non eſt, etſi emta fuiſſet, vxor aut filii defuncti omnibus præponerentur, *l. fin. iuncta auth. quod obtinet, pign. C.* niſi ageretur de ſimili priuilegio dotis, quæ tempore prior, potiori iure vtitur. *d. l. fi. §. exceptus,*
22 *de pignorib. C.* ❡ Dehinc † Vlpianus in bonis menſularii vendendis, poſt priuilegiatos, potiorem cauſſam eorum eſſe tradit, qui pecunias apud menſam, fidem publicam ſecuti depoſuerunt. *l. ſi ventri, 8. §. in bonis, de priuil. cred. P.* Et iterum, quoties foro cedunt nummularii, ſolet primo haberi ratio depoſitariorum, hoc eſt, eorum qui depoſitas pecunias habuerint (non quas fœnori apud nummularios, vel cum nummulariis, vel per ipſos exerceant) & ante priuilegia. Igitur ſi bona venierint, depoſitariorum ratio habetur, dummodo eorum qui poſtea vſuras acceperunt, ratio non habeatur, quaſi renuntiauerint depoſito. *l. ſi hominem, 7. §. quoties, depoſit. in P.* Is etiam qui prior tempore paſſus eſt, & voluit ſecundo obligari rem ſibi obligatam, efficitur ei poſterior: vt pote qui ſuo iuri cenſeatur renuntiaſſe. *l. quæſitum, 14. qui potio. in P.* Et ſublata cauſſa primi, quæ pluribus modis euaneſcit, locum facit aliis, vt ſequenti capite explicandum eſt.

## Quibus modis tollatur vel mutetur hypothecaria ſeu pignoratitia actio.

### Cap. 12.

Lib. 20. P. tit. 6.

1 *Hypotheca tollitur mutata obligatione, ſolutione, remiſſione, oblatione, conſignationeq́.*
2 *Quando qui ſoluit priori creditori, in locum eius ſuccedere dicatur.*
3 *Tollitur hypotheca oblatione & conſignatione debiti integri.*
4 *Hypotheca tollitur, ſi pecunia credita non eſt, ob quam facta eſt.*
5 *Item remiſſione expreſſa & tacita.*
6 *Exſting. hypothecæ, re acquiſita per creditorem, per ſententiam, per iuramentum.*
7 *Item abuſu pignoris, reſoluto iure dantis.*
8 *Reſoluto contractu, interitu rei, mutata & nouata obligatione.*

1 SI † hypothecaria prima obligatio tollatur, aut mutetur, placuit & mutari effectum, & fieri creditores ſequentes potiores. Velati ſolutione debiti tolli hypothecariam dubium non eſt, vel ſi recedatur volente creditore a pignore, *l. 1. quib. mod. pig. vel hypoth. ſolu. P. l. ſi rem alienam, 9. §. omnis, de pig. actio. P. l. item liberatur pignus, cum ſim. ibi notatis, quib. mod. pig. vel hypoth. ſol.* nec tantum ſolutione debiti, ſed etiam eius legitima conſignatione & depoſitione poſt oblationem, per quæ impeditur ius pignoratitium, ne recte diſtrahi poſſit pignus. *l. ſi priuſquam, 8. de diſtract. pign. C. l. 2. C. debitorem vend. pig. impe. non poſſ. l. 1. C. de luitio. pign.*
2 *C.* ❡ Verumtamen † hic annotandum eſt, ſoluentem pecuniam priori & priuilegiato, interdum in locum eius ſuccedere, interdum minime, ſed effici ſecundum priorem. Sic creditor non ſuccedit in ius prioris, etiamſi ita contractum eſt, vt antecedens dimitteretur, niſi conuenerit, vt ſibi eadem res eſſet obligata, quãdo videlicet alius, quam ſecundus, vel tertius, vel vlterior, ſoluit pro debitore ſine retentione pignoris, *l. 3. quæ res pign. vel hypoth. obl. non poſ. P.* quamuis in priuilegium eius perſonale ſuccedat, *l. 2. de ceſſio. bono. P.* alioquin ſi is, qui ſoluit creditori, primo pro debitore pactum ineat, vt in ius hypothecæ eius ſuccedat præfertur, vt prior, *l. ſi prior, 13. §. a Titio, qui potior. in pign. hab. P. l. pen. & l. 1. de iis qui in prior. cred. loc. ſu. C. l. ſi eum, de primi. fiſc. C.* & ſine pacto ſecundus creditor ſuccedit loco primi, ſi modo ei ſoluat pecuniam debitam ante venditionem pignoris, vel eo recuſante offerat & deponat. *l. potior, §. fin. qui potior, in pign. P. l. 1. C. eod. l. fin. C. de his qui in prio. credit. loc. ſucced.* Verumtamen qui a priore creditore emit rem oppignoratam, ceteris etiam præfertur, veluti in locum eius ſubſtitutus, & ad priuilegiatos pecunia illius perueniente, *l. ſi prior creditor, §. ſi ſimpliciter, qui potior. in pign. P. l. ſi ventri, 8. §. eorum. de priuil. credit. P. l. 2. de iis qui in prior. credit. loc. ſuc. C. lib. 8. tit. 19. l. ſi generaliter, 6 qui potior. C.* ceſſa illi a creditore actione, *in l. 3. & fin. de priuil. fiſc. C. lib. 7. tit. 75. l. 2. ſi antiquior credit. pig. vend. lib. 8. C. tit. 20. l. ſi Titio, & l. creditor, de pigno. P. l. qui a creditore. C. de diſt. pig. l. ſi in ſolutum, 6. de act. lib. 4. C. tit. 20.* ſi modo ſine dolo & gratia væneat legitime pignus, non aliter. *l. 2. 3. 4. 5. ſi vend. pign. agat. lib. 8. C. tit. 30.* Nec qui emit a creditore antiquiori perſecutione hypothecaria aliis tenetur: quamuis creditor, ſi in ſolutum pignus acceperit, vel iure venditionis a debitore habuerit, perſecutione nihilominus teneatur, ac ſi debitor aliis eaſdem res vendidiſſet: ſed ita qui perſequitur res obligatas audietur, ſi quod eidem poſſeſſori propter præcedentis contractus auctoritatem debitum eſt, obtulerit, *l. 1. ſi antiq. credi. pig. vendider. C.* cum & vendente primo creditore pignus, poſſit poſterior, offerendo & conſignando debitum priori, impedire *l. fin. C. eod. ſi antiquior. cred. pig. vend. l. 1. debitorem vend. pig. imp. non poſſ. C.* venditionem. Receptum etiam eſt pactum inter creditorem & emtorem, vt ſi debitor ſolueret pecuniam pretii emtori, liceret ei recipere rem ſuam. *l. ſi cum venderet, 13. de pign. actio. P. l. ſi creditor, 7. in pri. & §. illud, de diſtract. pign.* Sicuti poteſt reſcindi venditio pignoris, ex cauſſa perſonæ pupilli, vel minoris vigintiquinque annis, vel abſentiæ reipublicæ cauſſa, *Marcellus in d. §. illud.* vel ſi a debitore vendatur contra pactum cum creditore factum ne venderetur. *d. l. ſi creditor, §. fin. de diſtract. pign. P.* Quemadmodum autem ſecundus creditor offerendo primo, & ſoluendo, ſibi ius hypothecæ facit, *l. cum ſecundus, 5. de diſtr. pignor. P.* & veram emtionem emendo, ſic non obſtante emtione, tertius ſecundo offerre poterit, & debitor ipſe, & ita poterit liberare pignus. Quia poſterior creditor qui a priore pignus emit, non tam acquirendi dominii, quam ſeruandi pignoris ſui cauſſa intelligitur pecuniam ſuam dediſſe, *d. l. cum ſecundus, §. fin. & l. cum poſterior, 6. de diſtr. pig. l. 2. qui. mod. pig. vel hypoth. ſol. P.* etſi venditione a creditore facta extraneo aliter ſtatuatur, & ſic irreuocabilis emtio, paucis exceptis, *l. ſi creditor, de diſtr. pign.* vt monuimus. Ergo ex ſuperioribus conſtat ſolutione ſeu ſatiſdatione primum hypothecam tolli. Non idem tamen ſtatuendum in ſatiſdatione, quæ hypothecam non liberat. *l. item liberatur, 6. §. fi. quib. mod. pig. vel hypoth. ſol. P.*

❡ Deinceps † tollitur & facta legitime oblatione & conſignatione, *l. ſi priuſquam, C. de diſtract. pign. l. 2. C. debitorem vend. pign. impe. non poſſ. l. fin. C. de luitio. pign.* totius debiti: nam pro parte, ſiue actiue, ſiue paſſiue diuiſio pignoris non fit. *l. 1. de luitio. pign. C. l. 1. C. ſi vnus ex plurib. here. debitor. vel credit. partem ſuam debit. ſol. vel accep. C. l. qui pignori, 19. de pignor. P. l. quamdiu, de diſtract. pign. C. l. in exſecutione, 85. §. pen. de verb. oblig. P.* 3

❡ Tertio, † ſi pecunia non fuerit credita, ob quam pignus obligatur, deſinit hypotheca vel ius pignoris. *l. 1. & 2. ſi pignoris conuent. pecun. numer. ſeq. non fuer.* 4

❡ Quarto † remiſſione tacita vel expreſſa: tacita, veluti ſi præſens creditor nec repugnans, permittat debitorem ſuum rem pignori obligatam diſtrahere, *l. 1. 2. 4. 8. C. de remiſ. pign.* vel pignori alii dare, *l. Lucius Titius, & l. Paul. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol. P.* Qui tamen non ſuccedit in locum eius. *d. l. Paulus.* Si reddat chirographum obligationis, *l. creditricem, 7. C. de remiſſ. pign.* vt nec redeunte poſtea re alienata in poteſtatem diſtrahentis debitoris, recidat in obligationem pignoris. *l. ſi. C. de remiſſ. pig. l. 4. § ſi in venditione, quib. mod. pign. vel hypoth. ſol. P. l. 5. & 6. eodem titu.* niſi aut dolus debitori obiiciatur, *l. ſicut, 8. §. ſuperuacuum, quibus mod. pign. vel hypothec. ſoluit. P.* aut reſoluatur venditio, *l. voluntate, 10. eod. tit.* cum tamen diuerſum ſtatuendum ſit, ſi inſcio creditore debitor rem pignori obligatam alienauerit, tunc enim alienatio pignori non obeſt. *l. pen. de remiſſ. pign. C.* Expreſſa autem pignoris remiſſio proculdubio creditori remittenti nocet, qui ius habebat, ſicuti in aliorum iurium remiſſionibus recte placuit, *l. 1. de remiſſ. lib. 43. P. tit. 14. l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. & de epiſ. & cler. C.* neq; remittentib. actiones ſuas, ad eaſdem datur regreſſus. *l. ſi res, §. aream, de ſol. P. l. quæritur, 14. §. ſi venditor, de ædi. edict. in P.* Item quinto ſi pignus fiat creditoris, extinguitur hypotheca. *l. ſi rem alienam, in 2. de pign. actio. in P.* 5

❡ Sexto † fit abſolutio pignoris & per ſententiam, & per iuramentum non deberi, ſi deferatur ab aduerſario. *Tryp. in l. ſi deferente, 13. & l. 5. §. fin. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol. P.* 6

❡ Septimo † ſi creditor abutatur ancilla oppignorata, vel proſtituendo, vel aliud turpe agere cogendo. *l. eleganter, 24. §. fi. de pig. act.* Item octauo reſoluto iure dantis, reſoluitur ius accipientis. *l. 3. & 4. quib. mod. pig. vel hypoth. ſol. P. l. lex vectigali, de pign. in P.* Et nono, ſi reſoluatur obligatio contractus principalis cui acceſſit. *l. voluntate, quib. modis pign. vel hypoth. ſol. P.* Et decimo, ſi res intereat. *l. ſicut, eod. tit.* 7

❡ Vndecimo, † ſi mutetur obligatio a re in rem, nulla mentione tacta hypothecæ, & ſi fiat nouatio, *l. creditor, 3. qui potior. in pignor. hab. in P.* vel a perſona in perſonam, *l. 1. §. fina. quibus modis pignus vel hypothec. ſoluitur. P.* vt ſi quis emendo a priore 8

creditore, vt paulo ante explicauimus, in ius eius ſuccedat, *l. 1. ſi antiq. cred. pign. vend. C.* nam tunc ſoluitur prioris obligatio, & alius ſuccedit, vel ſi alius quam creditor vendat; vel debitor ſoluat: vel alius pro eo, non retenta nominatim hypotheca, ſoluitur eadem. *l. 2. 3. & fin. de iis qui in prior. cred. loc. ſucc. l. 1. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol. P.*

# DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS,

## LIBER XXIIII.

### De Stipulationibus. Cap. 1.

Lib. 3. Inſt. tit. 16. Lib. 45. P. tit. 1. Lib. 8. C. tit. 38.

1 *Oratio imago mentis, vnde conſenſus certior ſignificatio & obligatio.*
2 *Sponſio quid, & ab ſponte dicta.*
3 *Stipulatio quare verborum dicta obligatio, quid ſtipes, ſtipendiave.*
4 *Stipulationis definitio: & num contractus.*
5 *Stipulationum diuiſio, in conuentionales, & non conuentionales.*
6 *Rurſus non conuentionales, prætoriæ, iudiciales, communes, & quæ.*
7 *Prætoriæ iudiciales, iudicatum ſolui, rem ratam haberi, &c.*
8 *Procurator ad lites quando ſatiſdare tenetur, & quid ſatiſdatio.*
9 *De ſatisdationibus iudicialibus.*
10 *Cautionales ſtipulationes quæ.*
11 *Communes quæ.*
12 *Duplæ ſtipulationes, & ædilitiæ.*
13 *Communia prætoriis ſtipulationibus.*
14 *Stipulationum conuentionalium ſubdiuiſio, in principales & acceſſorias: & quæ ſint, quidq; in illis conſiderandum, reſq; primũ quæ in ſtipulationem veniunt.*
15 *Res ſtipulata quid producat, ſi in commercio non ſit.*
16 *Stipulari non poſſunt res propriæ, poſſunt facta, ſed poſſibilia, nec turpia.*
17 *Conſenſus in re ſtipulata adeſſe debet.*
18 *Perſonæ quæ idoneæ ſunt ſtipulandi, & 20.*
19 *Stipulatio iuris ciuilis eſt.*
20 *Alteri facta ſtipulatio, quando valet etiam abſenti. iung. 26.*
21 *Reus ſtipulandi, & reus promittendi quis dicatur.*
22 *Stipulandi quæ forma: ne inter abſentes, per epiſtolam, nutu, ſed vtroq; loquente, & præſente in continenti fiat.*
23 *Verborum ſtipulandi antiquæ formulæ, illæq; ſublatæ.*
24 *Stipulatio quando, & in quibus pro facta ſuppletur.*
25 *Stipulationum vtilitas.*
26 *Stipulatio abſenti an fiat.*
27 *Stipulationes tranſeunt in heredes.*
28 *Stipulationum duo fines, ad dandum, aut faciendum, aut vtrumq;: vnde ſtipulationum alia diuiſio, in dando, & faciendo conſiſtentium.*
29 *Agere, facere, gerere, differunt.*
30 *Verborum obligatio habet actionem præſtationis fidei, quare.*
31 *Stipulationes ſua natura ſunt omnes cautionales.*

1 IMago † mentis & animi cuiuſq;, vt ait Dionyſius Halicarnaſſæus, eſt oratio, *in præfat. hiſtor.* Et Ariſtoteles, περὶ ἑρμηνείας, ἔστι μὲν οὖν τὰ ἐν τῇ φωνῇ, τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων σύμβολα, καὶ τὰ γραφόμενα, τῶν ἐν τῇ φωνῇ. *Sunt igitur voces, eorum quæ in anima ſunt ſymbola: & ſcripta, eorum quæ in voce.* Et proinde ex verbis conſenſus indicium certius habitum eſt, quam ex rei interuentu, cum homo animal ſit λογικὸν, quod Græcis & rationale & loquẽs dicitur: quare & D. Baſilius ait, ἓν γνώρισμα τοῦ ζῆν τὸν λόγον, *indicium quod viuamus, orationem eſſe vnum. D. Baſilius epiſtol. 176.* Traditque idem auctor, ſermonem ſeu locutionem Deum hominibus largitum, propter conſeruationem communionis ſocietatis humanæ, & ad communicationem ſecretorum mentis, quæ alius niſi eo modo cognoſcere queat, *idem D. Baſil. in homil. ad illa verba, Moſes attende tibi.* neque quicquam aliud voluiſſe præſumitur, quam dixerit: nec dixiſſe, quam quod prius mente agitauerit. *l. in ambiguis, de rebus dubi. in P. l. Labeo, de ſupell. legat.* Et cum in verbis nulla eſt ambiguitas, fruſtra voluntatis quæſtio mouetur. *l. ille aut ille, & l. non aliter, de legat. 3.* Si igitur quis verbis promiſerit, placuit inde, veluti ex conſenſu expreſſo naſci obligationem. Et cornu bos capitur, verbis ligatur homo: aut vt alii notant,

*Verba ligant homines, taurorum cornua funes, gloſſ. in §. 1. de oblig.*

Concipiuntur autem verba eo modo, quo mens obſtringendi
conſtet, quibus de voluntate ſua propria ſponte teſtantur contra-
hentes, vt certum quid libere conſtituant. ¶ Hoc † enim verbũ 2
ſponſionis auctore Varrone, ſignificat: *Deſpondiſſe*, inquit, *Varro*
*5. de ling. Lat. quis filiam dicebatur, quod de ſponte eius, id eſt, volun-*
*tate exierat.* Et poſtea, *Sic deſpondiſſe animum quoq; dicitur, vt de-*
*ſpondiſſe filiam, quod ſuæ ſpontis ſtatuerat finem.* a qua ſponte dice-
re, conſpondere quoque dixerunt, cum a ſponte reſponderetur,
id eſt, ad voluntatem rogantis. §. 1. *de verb. oblig.* ¶ Verborum † 3
obligationem, ſtipulationem dicimus, quod ſtipulum apud vete-
res firmum appellabatur, forte ab ſtipite: non vt voluit Varro, ab
ſtipe, pecunia ſcilicet quam ſtipulari ſolemus; *Varr. 4. de ling. Lat.*
quamuis ſecundum eundem, qui pecuniam alligat, ſtipulari & re-
ſtipulari dicatur, & inde ſtipendia, quod æs antiqui ſtipem dice-
rent, ab ſtipando, id eſt, componendo, quo minus loci contine-
ret pecunia. Eſt & ſpõſio ſtipulatio, iuxta Varronem, a voluntario
& ſponte, vnde & ſpondere & reſpondere, cum ad voluntatem
rogantis dicitur & ſpondetur, id eſt, inquit, reſpondetur, *Varro*
*in 5. de ling. Lat.* quod & probant iura. *l. 2. de ſponſa. P. l. ſponſio ap-*
*pellatur, de verb. ſign.*

¶ Stipulatio † eſt verborum conceptio, quibus is qui interro- 4
gatur, daturum, facturumve ſe id quod interrogatus eſt, reſpõdet.
*l. 5. §. ſtipulatio, de verb. obl. l. 1. §. verbis, & l. obligamur aut re, de acti.*
*§. 1. de verb. obl.* Stipulor ſecundum Priſcianum idem quod inter-
rogo, *gloſſa in §. præterea, in verbo ſtipulatus quib. mod. tol. oblig. P.*
atque inde ſtipulatus, interrogans: in finitione non memini con-
tractus, cum omnis ſtipulatio contractus non ſit niſi conuentio-
nalis, & potius refertur ad actum: vt quod ſine verbis ſit ad geſtũ:
& ad contractum συνάλλαγμα, *l. ſi non ſortem, 26. §. ſi decem, de v.*
*ſur. in P.*

¶ Stipulationum † aliæ conuentionales ſunt, aliæ non conuen- 5
tionales. *l. ſtipulationum aliæ, 5. §. conuentionales de ver. obl. P.* Con-
uentionales vocat Pomponius, quæ ex conuentione reorũ fiunt:
quarum totidem genera ſunt, quot pene dixerim rerum contra-
hendarum. Nam & ipſæ ex verborum obligatione fiunt, & pen-
dent ex negotio contracto. *l. Labeo, 29. de verb. ſig. in P.* Iuſtinianus
conuentionales dicit, quæ ex conuentione vtriuſque partis con-
cipiuntur, hoc eſt, neque iuſſu iudicis, neq; iuſſu prætoris. *§. con-*
*uentionales, de diuiſ. ſtipulat. ap. Iuſtin. lib. 3. tit. 19.* Sic liberæ ſunt
conuentionalium formulę quia contrahentibus pactum tempe-
rare pro arbitrio liberum eſt, *l. 1. §. ſi conueniat, depoſ. P. l. in conuen-*
*tionalib. 52. de verb. obli.* cum diuerſum ſit in prætoriis, ex quibus
nihil immutandum eſt. *d. l. in conuentionalibus, & l. nec ex prætorio,*
*de regul. iur. in P.*

¶ Non † cõuentionales ſunt, aut dumtaxat iudiciales, aut præ- 6
toriæ, aut communes. *d. l. 5. de verb. oblig. P. §. 1. de diuiſ. ſtipul.* Præ-
toriæ rurſum, aut iudiciales, aut cautionales, aut communes *l. 1. de*
*præt. ſtipul. 46. P. tit. 5.* Iudiciales ſunt dumtaxat, quæ a mero iu-
dicis officio proficiſcuntur. *d. l. 5. §. iudiciales, de verb. oblig. & §. 1.*
*verſ. iudiciales, de diuiſ. ſtipulationum.* Prætoriæ quæ a mero præ-
toris officio proficiſcuntur. *d. l. 5. §. prætoriæ, & in §. prætoriæ, de di-*
*uiſ. ſtipu.* Inter iudiciales ſunt, *d. §. 1. de diuiſ. ſtipulat.* de dolo cau-
tio, *d. §. 1. & §. iudiciales, l. 5. exempl. in l. creditor, de pign. actio. P.* de
perſequendo ſeruo, qui in fuga eſt, & de eius reſtituendo pretio.
*d. §. 1. & l. ſi. cum exceptione, §. quod ſi homo, l. redhibere, §. fin. de ædil.*
*edict. P.* ¶ Differunt † autem in pluribus iudiciales quæ prætoriæ
non ſunt, a prætoriis, quod prætoriæ ex prætoris auctoritate ſeu
edicto proponantur, & poſſint ſine iudicio præcedente peti. Iu-
diciales